o
VINCIAL

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservada
Número 758

De la comp.a de Jesu

Ilorlo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tum ſecundo quia ſicut facile decipiuntur cum alio diſputando et tamen non percipimus ita per noſmetipſos conſiderādo. ſed per ſolutione ab hac deceptione cauere poſſumus igitur paralogiſmorum ſolutio vtilis eſt ad philoſophiā.

Secundo valet hec ſolutio ad laudem et gloriam ſoluentis. q꞉ ſoluens argumentationem ſophiſticam videtur eſſe circa omnia exercitatus et in nullo inſcius obiecti[illegible]
Et ſi dicat aliquis ꝙ ſolutio paralogiſmorū poteſt haberi per primum librum: igitur iſte liber eſt ſuperfluus. Ad hoc dicitur negando conſequentiā. quia aliud eſt ſcire ſolutione paralogiſmoꝝ in ſua radice ſicut habetur in primo libro ⁊ ſcire eos ſoluere in ſpeciali quod fit in hoc libro. Multi enim habentes habitum qui non ſunt exercitati decipiuntur: ⁊ ideo hec ſcientia non ē ſuperflua. Nā ſicut in figuris geometricis aliqui ſciunt eas diſſoluere qui tamen neſciunt eas componere. ita et oppoſito in paralogiſmis aliqui ſciūt eos cōponere ⁊ neſciūt eos ſoluere. ſīda cō[illegible]
Unde aliquando ad paralogiſmos ſophiſticos danda eſt ſolutio apparens magis ꝙ vera: quia reſpondens debet ſoluere ſicut opponens arguit. Sed licet opponens videatur arguere non tamen arguit. quia non facit elenchū cū videatur facere: ergo etiā reſpōdens debet videri ſoluere dato ꝙ non ſoluat Et ſi dicatur [illegible] quo opponens non arguit videtur ꝙ oppones non debet dare ſo[illegible] recta neq; aparentē. Ad hoc reſpondetur negando conſequen[illegible]
[illegible] ondēs ſoluat: ho[illegible] arguit ſed qu[illegible]
[illegible] o non ſolum eſt [illegible] n videri re[illegible]
[illegible] aliui redarguer[illegible] nda de[illegible]
[illegible] plex aure[illegible] tra eum[illegible]
[illegible] reſpon[illegible] go acquir[illegible]
[illegible] ue gloriam: ſed [illegible] ltiplex cu[illegible]
[illegible] eo ꝙ oratio m[illegible] icioſa; igi[illegible]
[illegible] t eſt de interrog[illegible] rrogatiōe

Tertiũ eſt debemus orationẽ de ntõ et indicatiuo in illã de accuſatiuo et infinitiuo mutare vt ſic arguendo. quicq̃d dicis eſſe hoc eſt. ſed lapidẽ dicis eſſe: ergo lapidem eſt. Et peccãt tales paralogiſmi penes fallaciam figure dictionis.

Capi. vltimũ in quo ponũtur cautele pro opponente et reſpondente.

Jnfert aũt multũ ſic vel ſic premiſſas proponere cum aliquando ſic proponant vt facile pateat defectus et ideo dãde ſunt cautele ad eas ſic proponendas ꝙ defectus minime pateat. Et primo ex parte opponẽtis ponuntur quinq;. Prima eſt ꝙ opponens debet vti prolixitate. quia difficile eſt ſimul multa conſpicere. Secunda eſt ꝙ opponens debet feſtinare reſpondentẽ. Tertia eſt ꝙ opponens debet eum prouocare ad iram. q2 conturbati minus poſſunt omnia conſiderare: et hoc poteſt fieri dicendo ꝙ ipſe nihil ſcit. Quarta eſt ꝙ opponens debet interrogare propoſitiones ad inuicem permixtas puta maiorẽ vnius rationis cum minore alterius. Quinta eſt ꝙ opponens interroget ea que ſunt vtilia ad occultationẽ. cum occultatio ſit cauſa latẽdi: et latentia cauſa fallendi. Sed contra reſpondentẽ omnia negantẽ ponũtur quattuor cautele. Prima eſt ſi reſpondens omnia propoſita neget tũc ſi volumus ab eo habere affirmatiuã debemus ſuam oppoſitã interrogare. Secũda eſt ſi reſpondẽs cõcedat aliqua ſingularia ſub ſubiecto alicuius vniuerſalis et opponens indigeat tali propoſitione non debet eam interrogare ſed debet ea vti tanq̃ conceſſa. Tertia eſt ſi opponens velit a reſpondente aliq̃ propoſitionẽ habere debet eam interrogare ſuo diſiunctione ad ſuã oppoſita. Oppoſitis enĩ iuxtã ſe contrarijs maiora et minora videtur et peiora et meliora hoibus. Et hoc eſt ꝙ ſolet dici ſub hac forma. Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Quarta ſi opponens non ha

[illegible]

T. 147755
C. 1195715

R 376083

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sala Reservada Est. 7 - Tabla 3 -

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Auguſtinianę Bibliothecę Complutenſis N° 21

# Biblia aurea cum ſuis hi ſtorijs necnon ⁊ exē plis veteris at qꝫ noui teſta mēti.

Auctore Antonio Ampigolo alias Rampelogis ord. Erem. S. P. Aug.

No se contiene en el expurgatorio del 1707. esta edicion.

Fr Henrique Florez

Utitur eo Fr Henr.s Florez

Este es el Autor de la España sagrada




Venundantur a Joanne paruo ⁊ Aſcenſio.

Pariſiis 1513.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Incipit liber manualis ac introductorius in biblie hiſtorias figuraſq́ veterꝭ ac noui teſtamenti q̃optimus. Aurea biblia vocitatus.

RELigioſis atq́ honeſtis virꝭ in xp̄o dilectis fratribus ſtudentibus Neapoli Cōuēt⁹ ordinis fratrū heremitarū ſancti Auguſtini: Frater Antonius ampigollus ordinis memorati: Salutē. Dilectioni veſtre poſtulata referens me tuo nō incōgrue ne littus maris arauerim dumq́ multo labore ſudoreq́ cōdidero: velut inſipida relinquatis mea imperitia exigēte. Ideoq́ receptis labruſcis vñ racemi decidantur ⁊ ne veſtra fruſtreť intētio ⁊ mea ſine fructu anxie peracta opa cōticeſcat. Retrahūt tria que protuli. Inſtigat vero largitoris manus que ſapientiam preſtat paruulis ⁊ viris prudentiā poſtulantibus. Nam ſanctarum mentium precibus inclinata largienda donare nouit ⁊ elargita ſue benedictionis rore perfundēs ſuſcipiētis ⁊ ſeminātis culturā abundanti⁹ fecundare. Urget etiā me ad hoc opus quoniā noui meam inertiā non latere. Cum imperfectū meum viderunt oculi veſtri. Idcirco ſagitte q̄s propri⁹ arcus iacit preſcite min⁹ feriunt: preſertim cum mee tanto amplius imbellicitati teneamini cōpati: quanto apertius veſtra percepit dilectio me modicum quod noui ſine arrogantia petētibus impertire. In huiuſmodi figurarum compēdio: ne loco refectiōis faſtidium generetur ſuccīcte loquar ⁊ clare vt mihi propria valitudo permiſerit. Malens opuſculum ſub breuitate componere diuiſionibus ac ſubdiuiſionibus lectorum exercitio derelictis. q̄ nimia prolixitate confundere intuentes. Materias enim diſtinguam per ordinē alphabeti. pauciores ⁊ plures in fabrica collocans. vt pauperis ingenij facultas permiſerit. Ut autem queſita facilius occurrant. Tabulā precedentem alphabeticam poſui. Spiritusſancti gratia annuente. In hoc enim opuſculo ſi quiſpiam veſtrū legentium vel audientiū quicq̄ me nouerit defeciſſe: Meminerit cultoris ī utilis fragilitatē qui licet fruges debiles paucaſq́ produxerit. mente tamē ⁊ corpore fideliter laborauit. Idcirco: igitur loco effectus affectuꝫ recompēſans aīam meam ſupno recōmendet agricole: vt ſaltē cū hora. xi. operātibus nō qđ iuſtū fuerit tribuat: ſed quod cōſueuit egredi a ſue miſericordie largitate.

## Capitulum primum.

De abſtinentia.

Abſtinentia eſt meriti augmentatiua.
Sapientie acquiſitiua.
Religioſitatis oſtenſiua.
Carnis refrenatiua.
Uictorie impetratiua.
Orationis auxiliatiua.
Indulgentie obtentiua.
Exempli demōſtratiua.

ABſtinentia primo ē meriti augmentatiua. auget enim merita ⁊ virtutes. Ideo voluit dn̄s parētes noſtros primos nō oī cibo vti ī paradiſo: ſed ab aliq̄ abſtinere. vt ex obediētia ⁊ abſtinētia ampli⁹ mererenť vt habeť Gen̄. ij. Propter eandem cauſam precepit domin⁹ filijs iſrael.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ a multiſ cibariȷ́s abſtineret vt ha-
bet Leuitici. xi. ¶ Abſtinētia valet
ad habēdā ſapiētiā. Moyſes poſtꝙ̄
ieiunauit ⁊ abſtinuit meruit a dn̄o
legē in mōte ſynai accipere. Exodi.
xxiiij. Helias vt liberiꝰ ⁊ ſapiētius
ꝓphetaret vtebat̄ victu tenui ⁊ exi
li. q̄n̄ petiȷ́t a vidua ſareptana aquā
⁊ buccellam panis. iij. Regum. xvij.
Et notandū eſt ꝙ coruí paſcebāt He
liā carnibus bis in die: ſed angelus
pane ⁊ aqua. ⁊ hoc ſolū ſemel in die
iij. Reg. xvij. ⁊ xix. Danieli propter
eius abſtinentiam oſtendit deus vi
ſiones mirabiles. Danielis. xij. Et
eidem poſt ieiunium reuelatum eſt
myſteriū paſſionis ⁊ incarnationis
ieſu chriſti poſt hebdomadas. lxxij.
occidetur xp̄s Danielis. ix. Quia
anna ſeruiebat dn̄o die ac nocte ī ie-
iunio ⁊ orationibus: Ideo meruit a
domīo ꝓphetare de xp̄o. vt habetur
Luce. ij. ¶ Abſtinere debent cleri-
ci ⁊ religioſi pre ceterꝭ. Ideo vir qui
ſolebat conſecrare domino ab omni
eo quod eum inebriari poterat abſ
tinebat Numeri. vi. In horum figu
ra commendatur abſtinentia recha
bitarum a domino qui noluerunt bi
bere vinum ſicut pater eorum man-
dauerat Hieremie. xxxv. Propter
eius abſtinentiam dicebatur iohan
nes baptiſta ſanctus vltra omnes.
Nam ipſe fuit primus religioſus in
nouo teſtamento. cuius cibus erat
locuſta ⁊ mel ſilueſtre Matthei. xi.
Ideo dixit xp̄s de eo. Uenit ad vos
iohannes non manducans neqꝫ bi-
bens vinum Mathei. xi. Mittens
dominus diſcipulos ſuos ad predi-
candum dixit. Comedite ⁊ bibite q̄
apud illos ſunt. Hoc eſt ſitis conten
ti de appoſitis. ⁊ ne delicata peta-
tis Luce. x. Petrus volens oſtende
re ꝙ religioſi diſcipuli non eſſent e-
briȷ́. dixit hi ebriȷ́ nō ſunt cum ſit ho-
ra diei tertia Actuum. ij. ¶ Abſtinē
dum eſt ab eſu carnium maxime re-
ligioſis ⁊ clericis qui debent carneꝫ
ſuam pre ceterꝭ refrenare. Ideo vx-
or hieroboam vadens ad achā pro
phetam tulit panem ⁊ mel. carnes
vero non legitur attuliſſe. iij. Regū
xiij. Pulmentum ⁊ panes ſed non
carnes per abacuch dominꝰ trāſmi
ſit danieli. vt ipſe daniel abſtineret
a carnibus Danielis. xiiij. Multuꝫ
facit abſtinentia carnium patet ex
illo. ꝙ dominus multotiens multi-
plicauit piſces ⁊ nunꝙ̄ carnes de q̄
bus piſcibꝰ plures ſaturauit vt ha
bet̄ Matthei. xiiij. Marci. vi. Ioan
nis. vi. Nō legimus ſaluatorem no
ſtrū comediſſe carnes. niſi de agno
paſcali. ſed de piſcibꝰ comedit ⁊ de-
dit diſcipulis. Luce. xxiiij. Iohan-
nis. xxi. Populo vero iudaico tan-
ꝙ̄ carnali: id eſt de carne curanti de-
dit carnes. licet in eorum maluꝫ: vt
habet̄ Nume. xi. Exodi. xvi. ¶ Abſ
tinentia prebet victoriam in tem-
poralibꝰ ⁊ ſpiritualibꝰ bellis ideo
vxori manue concepture ſanſonem
fortiſſimum pugnatorem angelus
abſtinentiam indixit. Iudith. xiij.
In. ccc. viris aquam bibentibus tē-
perate dominus liberauit populuꝫ
ſuum Iudicum. vij. Ob hanc cau-
ſam populo iſrael exiſtēte in caſtris
nullus comedit: niſi ionas contra
preceptum patrꝭ. vt habetur. i. Re-
gum. xiiij. Ioſaphat rex iuda victo
riam habuit. quia ieiunauit ipſe ⁊
aliȷ́s ieiunium predicauit. vt habe
tur. ij. Parali. xx. Iudith caſtiſſi-
ma. quia omnibus diebꝰ ieiunauit
de Holoferne tyranno victoriam re
portauit Iudith. viij. ⁊ xiij. Filiȷ́ iſ-
rael bis debellati a filiȷ́s beniamin
ieiunauerunt ⁊ victoriam habue-
runt. Iudith vigeſimo. Philiſtei
debellauerūt filios iſrael ⁊ archam
ceperunt. i. Regum. iiij. Poſtea ve
ro filiȷ́ iſrael fleuerunt ⁊ ieiunaue-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

runt ⁊ victoriam habuerunt. i. Reg. vij. Saluator cum diabolo pugnaturus ieiunauit ⁊ ipm̄ in tribus tentationibus ſuperauit. Matth. iiij. ¶ Abſtinentia iuuat orationē. Jo Thobias dixit. Bona eſt oratio cū ieiunio. Thobie. x. Predicauit eſdras ieiuniū: quia petituri erant a dn̄o viam rectā. i. Eſdre. viij. Filij iſrael timētes potentiam holofernis ieiunauerunt prius ⁊ poſtea orauerunt. Judith. iiij. In huiꝰ figura Heſter locutura regi aſſuero ieiunauit cum ancillis ⁊ mardocheo Heſter. iiij. Multū valet abſtinentia vt homo poſſit vigilare ⁊ orare. Nam poſt cenā increpauit apoſtolos dn̄s: quia vigilare ⁊ orare non poterāt. vt habetur Matth. xxvi. ¶ Abſtinētia meruit indulgentiā pctōꝝ. Naꝫ tēperauit dn̄s penam achab quā ei cōminatus fuerat ꝓpter ieiuniū quod ſeruauit. iij. Regū. xxi. Niniuitis dn̄s dimerſioneꝫ ciuitatis remiſit: q̄a a maximo vſq; ad minimum oēs ſe ieiunio afflixerūt. Jone. iij. ¶ Abſtinere debet hō ꝓpter alioꝝ exēplū. Nam dauid deſideratā aquā de bethleē allatā ſibi bibere noluit: vt exemplū abſtinētie alijs demōſtraret. ij. Regum xxiij. Eleazarus maluit occidi q̄ vetita mādūcare: vt exemplū alijs p̄beret. ij. Mach. vi. Septeꝫ frēs cum pia coꝝ matre potiꝰ varios cruciatus voluerūt recipere q̄ de eſu ſacrilego manducare ne alij ſimilia ꝑpetrarēt. ij. Mach. vij. Q̄q̄ eſuriret petrus: tamē immūda noluit manducare ne exēplum ingluuiei alijs demonſtraret vt habet̄ Actuū. x.

## Capitulum ſecundum.

¶ De exceptione munerum.

Acceptio munerum vendit libertatis obſequium.
Peruertit veritatis iudicium.
Nutrit proditoris flagitium.
Prebet ſimonie vitium.
Valet ad dei ſeruitium.
Nocet niſi munus fuerit ꝓprium.

Accipere nō debet homo munera pro impēſis ſeruitijs quaſi ſeruitia vendēs. Ideo abrahā noluit accipere munera q̄ ei obtulit rex ſodomoꝝ pro victoria quā fecit de inimicis ſuis ne ſeruitiū vendere videretur. Geñ. xiij. Magiſter militie regis Babylonis nō recepit merētia munera pro liberatiōe ipius. Sed dedit ei munuſcl'a ⁊ dimiſit eū. Hiere. xl. Daniel reſpōdit balthazar regi munera ꝓmittēti pro expoſitione ſcripture: munera tua tibi ſint: ⁊ dona tua domus tue alteri da. Dani. v. ¶ Acceptio munerum peruertit iudiciū ⁊ veritatē. Ideo balaam amicus balach acceptis muneribꝰ contra iuſtitiam maledicere populo dei ſatagebat. Nume. xxij. Munera que ſibi obtulit fuerunt cauſa ꝙ dauid ſententiam falſam tulit cōtra miphiboſeth. ij. Reg. xvi. Menelaus ꝓpter vaſa aurea que dedit andronico contra iuſtitiam fecit: Oniam occidit: ⁊ propter pecuniā quam ptholemeo promiſit euaſit ipſe ⁊ fecit accuſatores occidi. ſcōi Machabeo. iiij. Propter pecuniā quam cuſtodes ſepulchri chriſti acceperunt a principibus ſacerdotuꝫ mentiti ſunt corpus chriſti furtim ab apoſtolis fuiſſe ſublatum. Mat. xxviij. Felix preſes tenebat pauluꝫ in vinculis: quia ſperabat ab eo pecuniam obtinere. Actuum. xxiiij. ¶ Acceptio munerū generat ⁊ nutrit proditionem. Nam aroth per munera que dedit eglon regi moab ipſum proditione occidit. Judicum iij. Dalila ſamſonem tradidit philiſteis propter munera que recepit

ab eis. Judicum.xvi. Propter mu-
nera miſſa benedab regi ſyrie ru-
pit fedus quod fecerat cum rege iſ-
raeleum tradens.iij. Regū.xv. Mu-
neribus tryphonis deceptus eſt io-
nathas remittens ſocios qui fuit ꝓ
ditioſe occiſus: vt habetur.i. Mac.
xiij. Menelaus accepit munera ab
iaſone ⁊ ipſum poſtea nequiter ſup
plantauit.ij. Machabeorum.iiij.
¶ Acceptio munerum eſt cauſa ſy-
monie: ideo de filijs ſamuel dicitur
Declinauerūt poſt auaritiā ⁊ ſuſce
perunt munera. primi Regum.viij.
Quia Giezi recepit munera ꝓ ſana
tione naaman accepit eū lepra.iiij.
Regum.v. Propter munera q̄ pro-
miſit iaſon Antiocho ſummum ſa-
cerdotiū occupauit.ij. Machabeo-
rū.iiij. Alchimus cupiens fieri ſum
mus ſacerdos demetrio coronā au-
ream preſentauit.ij. Machab.xiiij.
Symō magus voluit ſpiritum ſan-
ctum pecunia ⁊ muneribus compa
rare dicens: date ⁊ mihi hanc pote-
ſtatem: vt cuicunqꝫ impoſuero ma-
nus accipiat ſpirituꝫ ſanctū. Actu-
um.vij. ¶ Accipere poſſunt mune-
ra deo ſeruientes ⁊ pauperes a diui
tibus ad deum placandum. In cui⁹
figura iacob miſit fratri ſuo mune-
ra vt placaret eum. Gen̄.xxxij. Mu
nera obtulerunt filij iſrael ad opus
tabernaculi q̄tuꝫ oportebat in ope
re. Exodi.xxxvi. In ſignuꝫ ꝙ mune-
ra dāda ſunt: deo dedit regina ſaba
Salomoni: centumuiginti talenta
auri. tertij Regum.x. Interfecto a-
mō iudei pauperib⁹ largiti ſunt ele
moſynam. Heſter.ix. In cuius etiaꝫ
figura ionathas dedit Alexandro
munera: ⁊ īuenit gratiam coram eo
i. Macha.x. ¶ Accipi non debent
munera de alieno: ſed de proprio: vt
deo ſit placitum. Ideo dauid noluit
offerre ſacrificiū de munere alieno
ecundi Regum.xxiiij. Rex achas
ſpoliata domo domini miſit mune-
ra regi aſſyriorūꝫ: ſed nihil ei profue
runt.ij. Paralip.xxviij. Magi aper
tis theſauris ſuis non alienis mune
ra.i. aurum thus ⁊ myrrham: deo ob
tulerūt. Math.ij. Duo minuta pau
percule vidue proprio queſita labo
re a domino diuitum muneribus p̄-
feruntur. Luce.xxi.

## Capitulum tertium.

¶ De acidia.
Acidie vitium.
Requirit reprehēſionē.
Acquirit tranſgreſſionem.
Inquirit mortis occaſionem.
Exquirit punitionem.

Acidioſi reprehēdendi ⁊
ſollicitandi ſunt a patri
bus diuinis ⁊ prelatis.
Ideo iacob acidioſos fi
lios increpauit ⁊ ſolicitauit dicens
quid negligitis. Geneſis.xlij. Pro
pter hāc cauſam precepit ionas le-
uitis: vt eſſent ſolliciti qui negligen
tes erāt.ij. Paralip.xxv. Redargu
it dñs in ſua parabola ocioſos ⁊ re-
munerauit operantes. Matth.xx.
Dormiebat ionas ſopore graui ⁊ gu
bernator nauis redarguit eum ione
i. Redarguit domin⁹ dulciter diſci-
pulos qui ſecum vna hora non pote
rāt vigilare. Matthei.xxvi. ¶ Aci
dia eſt cauſa quaſi omnium pecca-
torum. Unde filij iſrael manducan-
tes panē angelorum attediati ſunt
acidioſi murmurantesqꝫ viles egy-
pti cibos deſiderare ceperunt: vbi
patet ꝙ acidia fuit eis cauſa mur-
murationis impatientie corpora-
lis deſiderij ⁊ mendacij. Nume. vn-
decimo ⁊.xxi. Tempore belli ma-
nens dauid ocioſus in domo adul-
terium ⁊ homicidium commiſit. ſe-
cundi Regum vndecimo. Cū dormi
rent hoīes poſt ſeminationē ſemi
nis inimicus homo ſupſeminauit zi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

zaniā. Matthei tredecimo. ¶ Acci-
dia eſt cauſa corporalis ⁊ ſpiritua-
lis mortis. Ideo ſiſara iacēs oper-
tus pallio: clauo cōcuſſus ē i terra
a Jahel vxore aber cinei: vt habet
Judicum quarto. Samſon dormi-
ens inter genua dalile fuit capt⁹ ca
thenatus ⁊ occiſus Judicum. xvi.
Quia abner negligenter cuſtodie-
bat Saul poterat euz dauid occide
dere ſi volebat. i. Reguz. xxxi. Iſbo
ſeth dormiens ſuper lectum a latro
nibus principum occiſus eſt. ſecūdi
Reguz. xxiiij. ¶ Accidioſos punit
deus grauiter. Nam quando cepit
populum tedere itineris ⁊ laboris
locutus eſt contra moyſen dicens.
Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto
leuiſſimo. Ideo miſit dominus ſer-
pentes ignitos qui populum occi-
debāt. Numeri. xxi. Uirgines dor-
mientes ⁊ lampades accenſas luci
di operis non habentes a ſponſi ce-
leſti nuptijs ſunt excluſe. Mat. xxv.

## Capitulum quartū.

¶ De adoratione dei.
Adorandus eſt deus ⁊ colendus:
Cum bonorum oblatione.
Cum verborum oratione.
Cum templorum fabricatione.
Pro periculorum liberatione.
Cum idolorum deteſtatione.

Adorandus ⁊ colendus ē
deus muneribus bonis.
Ideo duob⁹ primis fra-
tribus adorantibus ⁊ ſa
crificantib⁹ deo reſpexit domin⁹ ad
abel ⁊ eius munera. ⁊ non ad cha-
ym: quia ille obtulerat meliora. Ge
neſ. iiij. Paratus erat abrahā vni-
cum filium ſuum domino offerre ſu-
per montem in holocauſtum: vt ha
betur. Geñ. xxij. Poſtq̄ preceperat
dominus moyſi q̄ ipſe ⁊ aaron ⁊ le-
uite aſcenderent ⁊ adorarēt duode-
cim vitulos obtulerunt. Exo. xxiiij.
Salomon abijt vt immolaret mille
hoſtias: ⁊ ibi apparuit ei dominus
iij. Regum. iij. Magi intrantes do-
mum adorauerunt puerum ⁊ mune
ra obtulerunt: quid ergo deberēt fa
cere chriſtiani iam regnanti ſi genti
les ſic fecerunt paruulo vagienti?
Matthei. ij. Adorandus eſt deus in
oratione. vnde Enoch filius ſetht fu
it primus qui orando cepit inuoca-
re nomen domini. Geneſis. v. Salo-
mon ſtetit ante altare ⁊ expandens
manus genub⁹ flexis orauit. iij. Re-
gum. viij. Leproſus adorauit domi-
num orans ⁊ dicens. Domine ſi vis
potes me mundare Matthei. viij.
Mater filiorum zebedei acceſſit ad
ieſum orans ⁊ petens aliquid ab eo
Matthei. xx. ¶ Ad adorandū deuz
debent fabricari eccleſie ⁊ altaria.
Ideo Noe edificauit altare domīo
⁊ de mundis animalibus ⁊ volucri-
bus obtulit holocauſtum domino.
Geñ. ix. Helcana tante fidei erat q̄
deſcendebat de ciuitate ſua ſtatutis
diebus: vt adoraret deum in ſylo. i.
Regum primo. Rex dauid cultum
dei in ſacerdotibus ⁊ cantorib⁹ am
pliauit. i. Paralip. decimoquinto.
Cecus natus ⁊ illuminat⁹ a deo ait
Credo domine ⁊ procidēs adorauit
eū. Joan. ix. ¶ Adorandus eſt deus
in tribulationib⁹ ⁊ periculis: vt ab
ipſis homines liberentur. Ideo filij
iſrael afflicti in egypto audiētes q̄
reſpexiſſet dominus afflictionez eo
rum proni adorauerunt in terra. Ex
odi. iiij. in fine. Cum dixiſſet domin⁹
de percuſſione egypti: inclinat⁹ po
pulus adorauit. Exodi. xij. Offeren
te ſamuele ſacrificium liberatus eſt
populus a tribulatione philiſtino-
rum primi Regum. vij. Reuerſi filij
iſrael de captiuitate babylōis die
ac nocte confitebantur dño. Ne. ix.
Cum audiſſet iob nuncioꝝ verba di
cētium ſibi perditionem rerū adora



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uit dñm dicẽs. Nudus egreſſus ſuȝ de vtero matris mee. Job. i. ¶ Adorandus eſt deus ſolus. ⁊ non aliqua creatura. Ideo primũ preceptũ decalogi fuit. Nõ adorabis deos alienos. ⁊ nõ facies ſculptile Exodi. xx. Manue volẽti ſacrificare ãgelo ait angelus. Si vis offerre ſacrificium offeras dño. Judicũ. xiij. Cũ irent filij iſrael ad vitulos aureos thobias fugiebat cõſortia eorũ ⁊ ibat in hieruſalẽ ad tẽplũ: ⁊ ibi adorabat dñm deũ iſrael Thobie. i. Quãuis eſſet ꝓhibituȝ vt nullus peteret aliquid ab aliquo dño niſi a dario. tñ daniel tribus temporib⁹ dñm adorabat Danie. vi. Populus q̃ voluit paulũ ⁊ barnabam adorare prohibitus eſt ab eis Actuũ. ix. Angelus iohãnem prohibuit ne ſe ſed ſolum dñm adoraret Apocalip. vlti.

## Capitulũ quintũ.

De adulatore ⁊ blanditijs.
Adulatores in adulationibus.
Querũt complacentiam.
Reperiunt diſplicentiam.
Tendunt clam ad infamiã.

Adulatores ſemper loquunt ea que credunt placere audiẽtib⁹ eos Ideo chore ⁊ cõplices populo placere volentes dixerunt. ſufficiãt nobis. Nume. xvi. Abſalon vt cauſaȝ in curia patris habẽtibus cõplaceret dicebat cuilibet. Videntur mihi ſermones tui recti. ij. Reg. xv. Prophete dicebant achab proſpera de bello futuro ſicut ei cõplacere credebant. iij. Regum. xxij. Cõſiliarij aſſueri adulantes ei dixerunt. Regis iuſta eſt indignatio. cum tamẽ temperare eius iram cõtra reginã potius debuiſſent Heſt. i. Amici aarõ volentes ei complacere dixerunt. Jube parari excelſam trabem. Heſt. v. Alchimus proditor volens placere demetrio dixit. Perdidit iudas amicos ſuos. ij. Machabeorũ. xiiij. Herodi imperio acclamabat populus voces dei ei deſiderans complacere Actu. xij. confeſtim autem percuſſit eum angelus dñi ⁊ cõſumpt⁹ a vermibus expirauit. ¶ Adulatores diſplicent ſapientib⁹ quib⁹ placere credebant per ſuas blanditias Nã adoleſcens narrans dauid mortem ſaulis inimici ſui ei complacere credens fuit in eius viſione occiſus. ij. Regum. i. Duo latrones q̃ occiderunt yſboſeth. ⁊ attulerunt caput eius dauid placere credẽtes diſplicuerunt multum ab eo ſimiliter ſunt occiſi. ij. Regum. iiij. ¶ Adulatores laudant in facie: ⁊ in abſentia detrahunt et diffamant. Cõtra quorum conſuetudinem ſaluator noſter recedentibus diſcipulis ioannis cepit ioannem multipliciter cõmendare quem in eorum preſentia non laudauit vt lucide habetur: Matthei. xi. Phariſei volentes ieſũ carpere in ſermone. ⁊ poſtea ei detrahere in facie eum laudare ceperunt dicentes. Magiſter ſcim⁹ quia verax es. Matthei. xxij.

## Capitulum ſextũ.

De ambitione ⁊ ambitioſis.
Ambitioſi ſunt alieni nominis detractores.
Innocentis ſanguinis effuſores.
Preſumptuoſi fame iactatores.
Cito regiminis ſui deſertores.
Simonie vanitatiſq; ſecutores.
Superni culminis zelatores.

Ambitio cauſat detractionez. Nam ambitioſi iõ detrahũt alijs vt ipi magis appareant. Sic maria ⁊ aaron ambientes dominium populi detrahebant moyſi dicẽtes Nobis locutus eſt domin⁹ Nume. xij. Chore ⁊ complices ambientes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dn̄ium populi moyſi ſimiliter detraxerunt Nume.xvi. Ambiens abſalon regnum detrahebat patri dixit cuilibet aduentantiū videtur mihi ſermones tui recti. ſed nō eſt q̄ te audiat cōſtitutus a rege.ij. Regū.xv. Alchimus qui volebat fieri ſumm⁹ pōtifex coraz demetrio detrahebat iude.i.Macha.vij. ¶ Ambitioſi nō timēt ſanguinez effundere. ⁊ multa mala cōmittere vt liberius valeant dominari. vnde abimalech. procurauit eligi p̄ amicos in dn̄z q̄ poſtea lxxvij. fratres eius occidit. ⁊ multa mala fecit Judic.ix. Parabola ionathe de ramno vrente ligna ambitioſos ⁊ eorū op̄a mala declarabat Judic.ix. Hieroboā ambitioſus peſſime regnauit ⁊ multa mala cōmiſit.iij.Reg.xi. Athalia libidine dominandi omne ſemen regium interfecit.iiij.Reguz.xi. Ptolemeus vt obtineret regionem. ſymonē ⁊ eius filios interfecit.i.Mach.vlt. ¶ Ambitioſi ſemper mala ⁊ preſumptuoſa de ſe loquuntur. Ideo baal p̄ſumptuoſe dicebat: vt daret aliquis populum iſtum ſub manu mea ⁊ auferrem de medio abimalech q̄d non fecit. vt habet Judic.ix. Eleuabatur adonias dicēs. Ego regnabo q̄d nō euenit poſtea.iij.Reg.i. Nabuchodonoſor dixit cogitationē ſuam i eo eſſe vt oēm terrā ſuo imperio ſubiugaret Judith.ij. Dicebat ſeron faciam mihi nomen ⁊ glorificabo in regno ⁊ debellabo iudā: ⁊ ip̄e fuit poſtea debellatus.i.Machabeoruz.iij. ¶ Ambitioſorum dn̄ium cito tranſit diuino iudicio. ideo zambri q̄ occidit dn̄m ſuum vt regnaret poſt eum vij. dieb⁹ tantum regnauit. Ingreſſus eſt enim palatiuz. ⁊ ſuccendit ſe cum domo regia ⁊ mortu⁹ eſt in peccatis ſuis.iij. Regum.xvi. Ptolemeus regnum alexandri voluit occupare ambitioſe, ſed parum gauiſus eſt. quia die tertia defunctus eſt i.Macha.xi. ¶ Ambitioſi vt plurimum ſunt ſymoniaci. Nam quia Jaſon ſummum ſacerdotiū ambiebat: Jō p̄miſit antiocho. ccclxviij. talenta argenti ⁊ alia multa. tamē modico tp̄e functus eſt hoc honore quia menelaus: quem ip̄e ad antiochum miſerat. ſciuit in ſe dictum ſacerdotiuz retorquere.ij.Macha.iiij. Magus ambiens poteſtatē dādi ſpiritum ſanctū voluit illum pecunia cōparare. Actuū.viij. ¶ Ambitioſi ⁊ ſuperbi plus dolēt de paucis qui non honorant eos q̄ letētur de multis q̄ eis obediunt ⁊ honorāt eos. Talis fuit aman qui plus dolebat de mardocheo eū adorare nolēte q̄ letaret de aliis qui eum quotidie adorabant. Heſter.v.

## Capitulum ſeptimū.

De amicitia.

Amici debent habere cōmune gaudium.
Familiare colloquium.
Fidele obſequium.
Malitie faſtidium.
Bonorumq̄ conſortium.

Amici debent ſibi cōmunicare gaudia ⁊ omnia temporalia ⁊ ſpiritualia bona. Ideo laban vocatis amicis fecit racheli nuptias ⁊ deſponſauit eam. vt habetur Geneſis.xxix. Dilexit dauid ionathan ſicut animam ſuaz. ⁊ expoliauit ſe tunica ſua ⁊ dedit Jonathe primi Regum.xviij. In huius figura laudauit dominus villicum iniquitatis ⁊ cōſuluit nobis facere amicos de mammona iniquitatis eis bona noſtra communicando gratanter. Luce.xvi. Patet etiam exemplum de illo qui vadit media nocte ad amicum. ⁊ ſibi petit cōicare panem vt habetur Luce.xi. ¶ Amici debēt ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mul habere de ſuis negocijs ſecretũ colloquium. Ideo loquebatur dñs moyſi de agendis ſicut ſolet loq̄ homo cũ amico ſuo Exodi. xxxiij. Uocauit aman amicos ſuos ad ſe. ⁊ expoſuit eis magnitudinem diuitiaꝝ ⁊ filiorum turbam ⁊ proſpera ⁊ aduerſa que reputabat ſe habere Heſter. v. Tres amici iob venerunt cõſolari eum ⁊ loqui cũ eo Job. ij. Saluator cum dilexiſſet ſuos q̄ erant in mundo in finem dilexit eos ⁊ faciēs ſermonem finaliter locutus eſt eis. Joan. xiij. ¶ Amici debent eſſe fideles. ⁊ vnus alium nunq̄ debet deſerere. ſed verbis ⁊ factis inuicē ſe iuuare. Ideo ruth dixit noemi quoꝝ perrexeris pergam ⁊ vbi ſtabis ſtabo. Ruth. i. Fidelis amicitia ſed indiſcreta fuit quia armiger ſaul mortuus eſt cũ eo. i. Reg. xxxi. Ultro dixit abner ad dauid. fac mecum amicitias ⁊ erit manus mea tecũ. ij. Regũ. iij. Chuſi amicus dauid fidelis eum non dereliquit. ſed diſſipauit conſilium achitofel contra eũ. ij. Regum xvij. Fideles amici erant eleazaro ſm̄ corpus q̄ ei cõſulebāt ne pateretur. ij. Mach. vi. ¶ Amicitia tamē malorum eſt deteſtanda quia ſemp tendit ad maluꝫ. Ideo propheta iehu dixit ad ioſaphat. His q̄ oderāt dñm auxiliũ prebes. ⁊ cum eis amicitia iũgeris. ideo iram dei mereris ij. Para. xix. Alchimus ꝓditor factus amicus demetrij cõcitauit eũ aduerſus iudam ⁊ fratres eiꝰ dicēs perdit iudas amicos tuos. vt habetur. ij. Mac. xiiij. Duo ribaldi ⁊ peſſimi hoīes herodes ⁊ pylatus facti ſunt amici in morte xp̄i Luce. xxiij. ¶ Amicitia ꝯtrahēda eſt cũ bonis ſapientibus ⁊ potētibꝰ viris. Ideo rex alexāder ſcripſit ionathe. audiui q̄ potens ſis ⁊ aptus eſto amicꝰ noſter. i. Macha. x. Miſit alexāder ad ptolemeum regem vt faceret ſecum amicitias. i. Macha. x. Bonos amicos habuit paulus. qui rogauerunt eũ ne ſederet in theatro Actuum decimonono.

## Capitulum octauũ.

De amore dei.

Amor dei.
Miſericordiam obtinet peccatorũ
Summam continet preceptorum.

AMor dei facit miſericordiā obtinere. Ideo daturus dñs legē moyſi dixit. Ego dominus facio miſericordiam his qui diligũt me ⁊ cuſtodiunt precepta. Exodi. xx. Ob hanc cauſam poſt decem repetita precepta dixit moyſi. Diliges dominum deum tuum ⁊c. Et hoc ideo poſt poſuit vt ſi in aliquo preceptorũ offendimus per dilectionē dei m̄iam habeamus. Deu. vi. ¶ Amoris dei p̄ceptũ principiũ ⁊ finis eſt oīm mandatorum. Ideo dixit moyſes q̄d petit deus a te niſi vt ambules in vijs eius ⁊ diligas eum? Deute. x. Joſue poſt alias monitiones dixit populo diligetis dñm deum veſtrum quaſi faceret cõcluſionē oīm preceptoꝝ Joſue. xxiij. Paulꝰ etiam dixit. Si quis non amat deum anathema ſit ac ſi diceret talis nullũ preceptum ſeruat. i. Cor. xvi. Hoc eſt etiā quod paulus dixit. Si linguis hoīm loquar ⁊ angeloꝝ charitatē aũt non habeā factus ſum ſicut es ſonans ⁊ cymbalũ tinniēs. vbi oſtēdit q̄ nullum bonum poteſt fieri ſine dilectione dei: ⁊ ipſa habita non facit homo malum. i. Corinth. xiij.

## Capitulum nonum.

De amore proximi.

Amare debemus proximũ.
Spiritualem offerēdo orationem.
Singularē oſtendendo dilectionē.
Salutarē exhibēdo cõpaſſionē.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Liberale in faciendo ſubuentioneꝫ.
Perſonalē dimittēdo offenſionem.

Amor proximi oſtenditur eſſe verus. qñ pro eo oramus etiam ſi ſit malꝰ vel inimicus. Ideo abrahaꝫ ſollicite ⁊ deuote orauit deū. vt peccata ſodomitis indulgeret qđ fuit ſignū magne dilectiōis. vt habetur Geñ. xviij. Tantā dilectionē habuit moyſes erga proximos ꝙ orās ꝓ eis: dicebat domīo. aut dimitte eis noxā hāc: aut dele me de libro ī quo me ſcripſiſti. ecce quāta dilectō: Exodi. xxxij. Dñs etiam monuit nos orare pro proximis nō ſolū pro amicis. ſed etiam pro inimicis dicens. Orate pro perſeqntibus vos. Mathei. vi. ¶ Amare debet homo pximū ſicut ſeipſum. Ideo reprehenſus eſt grauiter cain qui dixit ſe nō eſſe cuſtodē fratris ſui. Geneſis. iiij. Moyſes ita dilexit quēlibet de populo ſuo ſicut ſeipſuꝫ ita vt optaret quemlibet prophetiſare ſicut ſeipꝫ licet in hoc honor ſuꝰ diminui videretur. Numeri. xi. Noluit ipſe moyſes maiorem populum ꝙ dñs ipi ꝓmittebat. eo ꝙ ſicut ſe quemlibet de populo diligebat Nume. xiiij. Anima ionathe colligata erat aīe dauid. ⁊ dilexit eum ſicut animam ſuā i. Regum. xviij. ¶ Amare debet homo proximum ſuum oſtendendo ei compaſſionem in eius aduerſitatibus. ſic filij iſrael poſt occiſionem filiorum beniamin compatientes fleuerunt. Judi. xxi. Sanctus propheta dauid oſtendit compaſſionem dilectionis. ſcꝫ in plāctu ſaulis. ij. Regum. i. Hoc idem oſtendit in plāctu ionathe. ij. Reg. i. Oſtendit hoc etiam idē in filio licꝫ malo in fletu quē fecit in morte abſalon. ij. Reg. xviij. ¶ Amare debet homo pximū ſubueniendo ei in neceſſitatibus ſuis. Ideo magnam dilectionem habuit neemias ad filios tranſmigratiōis in multis. quia amicabilit̄ facit eis Nee. per totum. Thobias etiā multum proximos diligebat qui multꝫ multa beneficia exhibebat Tho. i. Hunc amorem ſamaritanus perfecte habuiſſe oſtenditur qui vulnerato ⁊ ſemiuiuo relicto multa bñficia eſt largitus Luc. x. ¶ Amare debet homo proximū iniurias dimittēdo In cuius ſignū dixit dñs petro. Dimitte fratri tuo non tantum ſepties ſed ſeptuagieſſepties. Mat. xviij. Mirā dilectionē habuerunt ad proximos xp̄s ⁊ ſtephanꝰ q̄ nō ſolū dimiſerūt iniurias: ſed etiā pro pſecutoribꝰ orauerūt. Luce. xxiij. Actu. vij.

## Capitulum decimū.

De amore carnali.

Amor conſanguinitatis non debet impedire.
Bonorum diſtributionem.
Dolorū mitigationem.
Supernorum prepoſitionē.
Diuinorum reuelationē.

Amore carnalis conſanguinitatis non debet plātus bona eccleſiaſtica ⁊ alia diſtribuere: ſꝫ ſolū amore meriti ⁊ virtutꝭ. Jō moyſes diſtribuēs leuitis boues ⁊ plauſtra nullū dedit filijs caath ſibi carne propinquis Nume. vij. Non legimus moyſen aliquod magnum officium dediſſe alicui de filijs ſuis. Exodo. Leui. Nume. Deuterono. Migraturus moyſes rogauit dominuꝫ vt populo ſuo ꝓuideret de duce idoneo: nullum autem de filijs aut conſanguineis nominauit. Numer. xxvij. Diſtribuens ioſue terram iſrahelitis minorem partem dedit tribui ſue Joſue. xvij. Joannem et vtrunqꝫ iacobum Chriſti fratres

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non dimiſit dominus caput eccleſie fieri: ſed ſolum petrum. Joan. xxi. ¶ Amari non debent in tantū conſanguinei vt nimius dolor de eoꝝ morte habeatur. Jdeo heli audiēs mortē filiorū nō eſt viſus multū curare: ſed ſolum de captione arche. i. Regum. iiij. Dauid etiā mortuū filium paruulū nō plorauit: ſed gaudiū potius demōſtrauit. ij. Regum xij. Joab icrepauit dauid de nimio fletu in morte abſalon filij ſui. ij. Regū. xix. Mater illa mirabilis ſeptē filios mori vidēs: nō oſtēdit dolorē: ſed eos mirabiliter confortauit. ij. Mach. vij. ¶ Amari debēt conſanguinei moderate: vt eis ſemꝑ ꝑponant diuina. Jdeo iudei ꝑliaturi cōtra Nicanorē plus timebant de tēplo ⁊ diuinis ꝙ de vxoribꝰ ⁊ filijs. ij. Mach. vltimo. Loquēte ieſu ad turbas cū quidā diceret adeſſe matreꝫ ⁊ fratres: reſpondit. Que eſt mater mea: ⁊ qui ſunt fratres mei? Quicūꝙ fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater: ſoror ⁊ mať eſt. Mat. x. Luce. viij. ¶ Amor carnalis cōſanguinitatis impedit conſolationes diuinas. Jdeo dixit xp̄s petro. Caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi: oſtēdēs ꝙ prauas caro reuelatiōes oſtēdit. Matth. xvi. Ob hanc cauſam dicebat paulus ap̄ls. Cum aūt placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris ⁊c. cōtinuo non acquieui carni ⁊ ſanguini: vt habeť ad Gala. i.

## Capi. vndecimum.

¶ De angelis bonis.

Angeli boni ſunt.
Reuelatores contingentium.
Liberatores innocentium.
Regulatores promerentium.
Eruditores neſcientium.
Propugnatores cōfligentiū.
Increpatores delinquentium.
Confortatores patiētium.
Incitatores exercentiū.
Introductores decedentiū.

Angeli boni reuelant ⁊ annunciāt ſecreta que debent contingere vt fides adhibeať. Jdeo apparuerunt angeli abrahe: ⁊ ſe erga eū familiariter habuerūt reuelātes ei plura ſecreta. Gen. xviij. Reuelauit angelus vxori manue ꝯceptionē ſamſonis. ⁊ vitā quā cū facere oportebat. Et hec eadem vxori ⁊ viro nullus poſtmodū reuelauit. Judi. xiij. Reuelauit angelꝰ helie ꝙ nūciaret nuncijs ochozie ꝙ de lectulo ſue infirmitatis deſcendere nō debeat: vt habeť. iiij. Regū. i. Danieli ſunt mlťa ⁊ magna myſteria ꝑ angelos reuelata. ix. x. xi. Zacharie apparuit angelus cōceptionē ⁊ vitā ꝑcurſoris annūciās ⁊ reuelans. Luce. i. Marie etiā modum incarnatiōis ſaluatoris idē angelus nunciauit. Luce. i. Magdalene ⁊ ſociabus angeli reuelauerunt xp̄m a mortuis reſurrexiſſe. Matth. xxviij Mar. xvi. Luc. xxiiij. Joā. xx. Aduētū xp̄i ad iudicium angeli reuelauerunt ap̄lis in die aſcēſionis. Act. i. Per angelū ſuū reuelauit dn̄s ioanni euāgeliſte diuerſa gn̄a tormētorū. Apo. ꝑ totū. ¶ Angeli boni liberāt ⁊ adiuuāt i periculꝭ: ⁊ maxime inocētes. Jō illi q̄ hoſpitati cū loth eū de periculo ſodome de quo erat inocēs eruerunt Gen. xix. Raphael q̄ fuit dux thobie eum a piſcis deuoratione eruens liberauit. Thobie. vi. Uxorem etiā eius a demone ⁊ patrem ab oculorum cecitate curauit Thobie. viij. ⁊ ix. Deſcendit angelus cum azaria ⁊ ſocijs in fornacem ⁊ eum ab ignis incendio liberauit. Danielis. iij. Carcerato petro āgelus aſtitit ⁊ lumen refulſit ⁊ eum de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

carcere liberauit. Actuū. xij. ¶ Angeli boni regulāt ꝛ dirigunt homi-
nes vt non peccent: ſed mereantur.
Ideo angelus regulauit abraā ꝓ-
hibēs ne filiū interficeret ꝛ offerret
Geñ. xxij. Stetit angelus ī via con
tra balaam qui ſedebat ſup aſinã:
ꝛ prohibuit ne populo dei maledi
ctionem inferret Nume. xxij. Re
gulauit angelus ioſeph volētē ma
riam coniugem ſuam dimittere ꝓ-
hibens dimiſſionem ꝛ rationē eius
integritatꝭ oſtendēs. Mat. i. ¶ An
geli boni erudiunt ꝛ docent ignorā
tes. In cuiꝰ figura vidit iacob ſca-
lam ꝛ angelos aſcendentes ꝛ deſcē
dentes: per eam ſignificabat viam
eundi ad celum in qua docent ange
li per viam contemplatiuā aſcēde-
re: ꝛ ad compaſſionē proximorum
deſcendere per actiuam. Geneſis.
xxviij. Apparuit Eſaie vnus de ſe-
raphin ꝛ mundauit labia eius cal-
culo inſtruens ad loquendū. Eſaie
vi. Docuit angelus paſtores inue-
nire xp̄m puerum natum in bethle
em: pannis inuolutum pauperibꝰ.
Luce. ij. Inſtruxit angelus ioſeph
accipere mariam ꝛ puerum ꝛ fuge-
re in egyptū q̄ fuit figura noſtri vt
ſalutarium operum inſiſtētia pra-
uitatem mundi qui nos perſequi-
tur fugiamꝰ. Matth. ij. ¶ Angeli
boni pugnant pro nobis nos ab ini
micis corporalibus ꝛ ſpiritualibꝰ
defendendo. Ideo angelus domi-
ni ſtetit inter caſtra egyptiorum ꝛ
populum iſrael defendens eū. Exo
di. xiiij. Plures boni angeli in ſpe
cie equitum erant cum eliſeo quos
puero demonſtrauit. iiij. Regū. vi.
Cum magna pugna eſſet inter iu-
dam machabeū ꝛ timotheū appa-
ruerunt de celo quinqꝫ angeli ſedē-
tes in equis: ꝛ armis machabeū
ꝛ populū defendentes. ij. Macha.
x. angelus apparuit ꝓcedēs iudā ꝛ
exercitum eius in veſte candida. ij.
Mach. xi. ¶ Angeli boni increpāt
ꝛ puniunt delinquētes: ſic increpa
uit angelus filios Moab q̄ amici-
tiā fecerunt cum chanaan eis diui
na beneficia memorando. Judicū.
ij. Numerato populo a dauid āge-
lus extendit manum ſuper hieru-
ſalem: vt diſperderet eā ꝛ vidit da-
uid angelum cedentem populum
ꝛ ait. Ego ſum qui peccaui: vt luci-
de habetur ſcđi Regū. xxiiij. Per-
cuſſit angelus dñi vna nocte centū
octoginta quinqꝫ milia peccatorū
in caſtris ſenacherib qui iniuſte cō
tra populū dei dimicabāt. iiij. Re-
gum. xix. Percuſſit angelus domi
ni heliodorum qui templum expo
liare volebat. ij. Macha. iij. Hero-
dem volentē recipere diuinos ho-
nores percuſſit angelus dñi ꝛ con-
ſumptus a vermibus expirauit. vt
habetur Actuū. xij. ¶ Angeli bo-
ni confortant: ꝛ conſolantur timi-
dos ꝛ afflictos: ne in tribulatione
deſperent. Sic confortauit gedeo-
nem animās eum ad pugnam: ꝛ ne
deſperaret de triumpho victoriam
repromiſit. Judicū. vi. Eiecte agar
ꝛ tribulate cum filio apparuit an-
gelus ꝛ cōfortauit eam. Gene. xxi.
Fugientem helyam a facie gezabe
lis angelus cibo reficiens conforta
uit eum. iij. Regum. xix. Tranſtu-
lit angelꝰ abacuc de iuda in baby-
lonem: vt confortaret danielem in
lacu leonum. Danielis. xiiij. Poſt
receſſum tētatoris acceſſerunt an
geli ꝛ miniſtrabant ei. Math. iiij.
Orante chriſto a ſe transferri cali-
cem paſſiōis apparuit angelus vi-
riliter confortans eum. Luce vige-
ſimoſecundo. ¶ Angeli excitant ꝛ
confortant ꝓficientes ꝛ exercētes
ad bonum ſic angelus domini a po
pulo de carcere eductos excitauit
dicēs. Surgite ꝛ loqmini ad plebē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Actuū.v. Apparuit angelꝰ philip-
po ⁊ incitauit eum vt iret q̄ vadens
in illo itinere ennuchum conuertit.
Actuū.viij. Incitauit angelus ⁊ ſuſ
citauit cornelium vt iret ad petrū.
qui vadens fidem xp̄i recepit Actu
um.x. ¶ Angeli boni deducunt ho-
minē ad portum ſalutis vite eterne
aīas eorū deducentes. In cuius fi-
gura redeunte iacob ad patrē ſuum
apparuerunt angeli ⁊ ipm̄ deduxe-
runt ſecuruꝫ Gene. xxxij. Propter
hanc cauſaꝫ dixit dn̄s populo. Ecce
mitto angelū meū q̄ precedet te ⁊c̄.
⁊ introducet te in terram promiſſio
nis Exo.xxiij. Raphael angelꝰ ſub
huius figura reduxit. Thobiam ad
patrē. Tho.xi. Ob hoc dixit iudith
Cuſtodiuit me angelꝰ domini hinc
euntem illic commorantem ⁊ inde
reuertentem. Judith. xiij. Factum
eſt vt moreretur mendicus ⁊ porta-
retur ab angelis in ſinū abrahe. Lu
ce.xvi.

## Capitulum duodecimum
### De anglis malis.

Angeli mali ſunt chriſtianorum tor
mentatores.
Adulterorum punitores
Viciorum introductores
Diuinorū formidatores
Mendaciorum relatores.

Angeli mali tormē
tant fideles. In cuius fi
gura legitur ꝙ ſpiritus
domini malus exagita-
bat ſaul. qui dicitur ſpiritus dei. q̄a
poteſtate dei poteſt quicq̄d poteſt.
i. Regum.xvi. Sic etiam tormenta
uit Job. in rebus filijs ⁊ carne ꝓpria
permiſſione diuina. Job primo. Fi-
lia chananee male a demonio vexa
bat quā xp̄s miſericorditer libera-
uit Matth.xv. Sic etiā vexabatur
ab eo ille demoniacus q̄ ſpumabat
⁊ ſtridebat. Matthei. xvij. ⁊ Luce.
ix. ¶ Angelꝰ malus habet poteſta-
tē ſup luxurioſos adulteros ⁊ male
vtentes matrimonijs ⁊ coniugibꝰ.
Naꝫ hoc eſt ꝙ occidit ſeptē viros fi-
lie raguelis q̄ intrabant ad eā ſicut
equus ⁊ mulus nō amore prolis: ſed
ardore libidinis. Thobie.vi. Pro-
pter hanc cauſā dicit̄ dn̄s de magda
lena ſeptē demonia eieciſſe ī q̄ luxu
rie vacantes operibus vniuerſali-
ter poteſtatē diabolus poſſidebat.
Matthei.xvi. ¶ Angelꝰ malus oēꝫ
defectū inducit in hoīem quē poſſe-
dit per peccatū. Nā facit hominem
crudelem qð figurant illi demonia-
ci ſeui nimis de quibꝰ dicit̄ Matth.
viij. Iterū facit hoīem immundum
quia demoniaci habitant in monu-
mentis Matthei. viij. Petierūt eti
am demones intrare porcos ꝓpter
immūditiā poſſeſſorū ab eis. Luce.
viij. Ideo vocatur a domino ſpiritꝰ
immundus. quia aliquando per pe
nitentiam exit ab homine. poſt hoc
ſumit alios ſeptem ſpiritus nequio
res ſe et ingreſſi habitant ibi. vt Lu
ce.xi. Facit hominem cecum de ſui
cognitione ⁊ mutum ad confeſſionē
Matth.xij. Luce.xi. ¶ Angeli ma-
li virtute diuina eijciūtur quam ipſi
timent potentiſſimam cognoſcētes
Unde ſaluator noſter octo demōia-
cos liberauit vt patet in capitl̄o de
miraculis dei infra hoc eodem capi
tulo.viij. Paulus in hac virtute cu
rauit puellam quam ſpiritus phito
nicus poſſidebat Actuū.xvi. Quia
quidā deriſiue in nomine dei ⁊ pau-
li demonia volebant eijcere. demon
in eos inſiluit ⁊ cōfudit. vt habetur
Actuum nono. ¶ Angeli mali men
daces ſunt ⁊ mendacia proferunt
et ſi aliquando vera dicunt ſemper
falſa veris commiſcent. Ideo au-
diri non debent propter quod ſalua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tor noſter laudes eorum renuit: Et ipſos tacere facit: licet vera ipſi dicerent vt habetur Luce. iiij. ca.

## Capitulum tredecimum.

¶ De anime reſurrectiõe ⁊ immortalitate.

Anime immortalitatem probãt exempla.
Perſonarum decedentiũ.
Locorum continẽtium.
Perfectorum credentium.
Mortuorum reſurgentium.
Verborum permanentium.
Sanctorum aſſerentium.

Anime rationalis ĩmortalitas probatur exemplis perſonarum defunctarum que in alia vita legunť viuere. Ideo diciť de abrahã Appoſitus eſt ad populum ſuũ. Ex quo ꝓbatur ꝙ in alia vita habet populum. ſcilicet eos qui ĩ hac vita bene vixerunt ſicut ⁊ ipe vixit: ⁊ ſimiliter diciť de yſaac. ⁊ ſimile de iacob. Geñ. xxv. ⁊. xxxv. Apparens dominus moyſi dixit. Ego ſum deꝰ abrahã yſaac et iacob. Exo. iij. Per hoc ꝓbat ſaluator reſurrectionem mortuorum dicens. Nõ eſt deꝰ mortuorum: ſed viuorum. Matth. xxij. Dominus reddidit oĩa Job que perdiderat in duplo: ⁊ tamẽ nõ habuit niſi ſeptem filios ⁊ tres filias ſicut prius: vt ſm Gregoriũ in moralibꝰ: Hi qui fuerant mortui. viuere cõprobẽtur. Job vlti. Frequẽter legunꝰ in libris regum. Dormiuit cum patribꝰ ſuis. Ex quibus verbis monſtratur eos viuere poſt mortem ⁊ iterum reſurrecturos: ſicut de dormiente apparet. Ex verbis etiam defunctorũ damnatorum colligitur ꝙ viuent tã boni ꝙ̃ mali in alio ſeculo dicentiũ Nos inſenſati vitam illorum exiſtimabamus inſaniam. Ecce quõ computati ſunt inter filios dei. Sapiẽ. v. ¶ Anime rationalis immortalitatẽ probant loca in ſacra ſcriptura animabꝰ ſpecialiter deputata ſcilicet infernus ⁊ redes paradiſi. Ideo cũ iacob crederet eẽ mortuũ ioſeph dixit. Deſcendam ad filiũ meũ cum dolore ad inferos. Geñ. xxxvij. Fratres ioſeph dixerũt. Duodecim fratres ſumꝰ: quaſi adhuc viueret. quẽ mortuum credebant vnus cum patre noſtro eſt alius nõ eſt ſup: ſʒ ſubter. Geneſis. xlij. De chore ⁊ cõplicibus diciť. Deſcenderunt viui ad inferos operti humo: vt per hoc oſtendatur ꝙ mali in inferno viuunt ſecũdum animas immortales. Nume. xvi. Cum abſalon interiiſſet dauid lachrymauit ⁊ planxit eum vt dicit ſanctus auguſtinus. iij. de doctrina chriſtiana. Non orbitatem filij doluit: ſed nouerat in qua pena: tã impia ⁊ parricidalis anima torqreť. Nam qui prius alio filio innocente ⁊ egrotante affligebatur moriente letatꝰ eſt. ij. Regũ. xij. ⁊. xviij. Thobias dixit. Filij ſanctorum ſumus ⁊ vitam illorum expectamus quã dominus daturus eſt his qui fidẽ eius non mutãt. Tho. ij. De nabuchodonoſor dicitur. Infernus conturbatꝰ eſt in aduentu tuo. Eſa. xiiij. ¶ Anime immortalitatẽ oſtẽdit fides credentium ⁊ perfectorum ⁊ ſapientiũ ſi enim ſaul non crediditſſet ſamuelẽ ſm animam viuere: non eum ſuſcitari petiſſet. i. Reg. xxviij. Hanc fideʒ habuit dauid perfecte dicens qñ mẽrantibus ſeruis ꝙ ipe pro mortuo filio non lugebat dixit. Ego ibo ad eũ ipſe vero non reuerteť ad me. ij. Regum. xij. Hanc fidem tenebat thobias dicens. Precipe in pace reponi ſpiritum meũ. Tho. iij. Fidelis eleazarus oſtẽdit ſibi ſuadẽtibꝰ: manũ dei. nec viuꝰ nec defunctꝰ effugiã. ij. Mach. vi. Ex verbis fidelibꝰ ſeptẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fratrum credentium aperte colligi
tur animas viuere poſt hanc vitaȝ.
ij. Macha. vij. ¶ Anime immorta-
litatē probat reſurrectio mortuoꝝ
veteris teſtamēti ⁊ noui. Ideo He-
lias reſuſcitaturus puerum hoſpi-
te ſue dixit. Reuertatur anima pu-
eri huius ad viſcera eiꝰ: que niſi vi
xiſſet non potuiſſet viſcera introire
iij. Reg. xvij. Heliſeus nō ſuſcitaſſȝ
filium ſunamitis niſi tunc aīa eius
vixiſſet. iiij. Regum. iiij. Saluator
noſter ſuſcitaturus adoleſcētem de
functum: ac ſi viueret vocando ſur-
gere imperauit. Luce. vij. Dormiē
tem appellat puellā mortuā quaȝ
tanꝙ de ſomno excitans ſuſcitauit
Math. ix. Lazarum quatriduanū
tanꝙ viuentē vocās dixit. Lazare
veni foras. Ioā. xi. ¶ Anime imor
talitatē ꝓbat teſtimoniū veritatis
quod mentiri non poteſt. ſ. ieſu xpi
dicentis diſcipulis. Nolite timere
eos qui occidūt corpus animā aūt
occidere nō poſſunt. Math. x. Hoc
idem patet ex verbis eius reſurre-
ctionem pronunciantibus ſaduce-
is: vt habet Mathe. xxij. In para-
bola eius de lazaro ⁊ diuite epulo-
ne ⁊c. Oſtēdit aīas viuere poſt hāc
vitā. Luce. xvi. Cōſiliū xpi quod eſt
Facite vobis amicos de mammo-
na iniquitatis: vt cū defeceritis re-
cipiant vos in eterna tabernacula
Ergo aīe poſt hanc vitā eterna ta-
bernacula poſſidebit. Luce. xvi.
¶ Anime immortalitatem ꝓbant
teſtimonia ſanctorum qui fuerunt
docti a ſpiritu ſācto. Ideo ſalomon
ait. Reuertatur puluis ad terram
ſuā ⁊ ſpūs ad deum qui creauit illū
Eccleſiaſtes vlti. Stephanus cū la-
pidaretur dicebat. Dn̄e ieſu accipe
ſpiritum meū. Actuū. ix. Paulus
ait. Si terreſtris domus noſtra cor
rumpatur habemꝰ domū non ma-
nufactam eternam in celis. ij. Cor.
v. Idem. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum
xp̄o quod nihil eſſȝ dicere: ſi anima
nō viueret in eternū. ad Philip. i.

## Capitulū decimūquartū.

¶ De apparentibus ſanctis.

Apparuit deus aliquādo neſciēti
bus inſtruendo.
Delinquētibus corrigēdo
Se querentibus ꝑmittendo.
Confligentibus defendēdo.
Non credentibus aſſerendo.
Patientibus refouendo
Diligentibus experiendo.

APparuit deus aliqn̄
vt inſtrueret neſcien-
tes ⁊ ammoneret eos
ſicut ante peccatū ap-
paruit. ⁊ locutus eſt ad adā dicens
inſtruens ⁊ ammonēs eum ne de li-
gno vetito mādu caret. Geneſis. ij.
Noe apparuit ⁊ īſtruxit vt faceret
archam ⁊ modum ⁊ ordinem demō
ſtrauit. Gen̄. vi. vt monuit etiaȝ do-
minus abrahā: vt de terra ⁊ cogna
tione ſua exiret. Gen̄. xij. Multoti-
ens apparuit moyſi ipſum de libe-
ratione ducatu ⁊ regimine populi
inſtruens. Exodi. iij. ⁊ in multis lo-
cis. Sic ⁊ ioſue multotiēs apparu-
it inſtruendo eum. Ioſue. i. iij. v. vi.
⁊. xxvij. Spiritusſanctus apparu-
it in linguis igneis: vt diſciplos ar
denter inſtrueret predicare. Actu-
um. ij. Petro oranti apparuit dn̄s
⁊ cum de cōuerſione cornelij inſtru-
xit. Actu. x. Paulo apparuit ⁊ mo
nuit: vt ſicut in hieruſalem predica
uerat ſic predicaret ⁊ rome. Actu.
xxiij. ¶ Apparuit quandoꝙ dn̄s
ad corrigēdū delinq̄ntes. Sic poſt
peccatuȝ apparuit ⁊ locutꝰ eſt ade
⁊ eue. ⁊ ſerpenti penas ⁊ maledicti
ones inferēs pro peccato. Gen̄. iij.
Sic apparuit cayn poſt fratricidi-
um eum arguens de cōmiſſo pecca
to. Gen̄. iiij. Per ſomnuȝ apparuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abymalech dicens. Morieris ꝑpter
mulierē quam tuliſti. Gen̄. xx. Salo=
moni apparuit ⁊ eum dure de cōmiſ=
ſis ſceleribus increpauit. iij. Regum
xi. Cum appropinquaret ſaulus da=
maſcū: vt caperet chriſtianos appa=
ruit ei dñs in luce de celo: proſtrauit:
cecauit: arguit: ⁊ correxit. Actuū. ix.
¶ Apparuit aliqñ dñs promittēdo
mercedē querentibus ſe. Sic appa=
ruit abrahe dicens. Semini tuo da=
bo terrā hanc. Gen̄. xij. Salomōi ap
paruit dñs dicēs. Poſtula quid vis
⁊ dabo tibi: qui petiuit ſapientiam a
dño: qđ petierat impetrauit. iij. Re=
gū. iij. ¶ Apparuit qñq; ad defendē
dū ſic multotiēs apparuit iacob qñ
fratris iracundiā fugiebat. ⁊ eum de
fenſare ꝑmiſit: ⁊ ipō redeunte dixit
dñs ad laban. Caue ne quicq̄ loqua
ris aſpere cōtra eum. Gen̄. xxxi. Qñ
dauid debebat committere prelium
ſemper conſulebat dñm qui ſemꝑ ap
parebat ⁊ reſpondebat promittēdo
ipi auxilium ⁊ referendo. i. Regum.
xxiij. ⁊. xxx. ¶ Apparuit aliquando
ad teſtificādū veritatem vt incredu=
li credant. Sic ſupra chriſtum bapti
zatū ſpirituſſanctus viſus eſt et pat=
na vox audita eſt. Hic eſt filius meus
dilectꝰ. Matthei. iij. Luc. iij. In trāſ
figuratione: vt diſcipuli crederēt ap
paruit ſpirituſſanctꝰ in nube: pater
in voce teſtificans filium dei eſſe: vt
habetur Matthei. xv. ¶ Apparuit
aliquando ad conſolādum afflictos
Sic apparuit iacob in perſecutione
Eſau monſtrando ei mirabiles viſio
nes Gen̄. xxviij. Sic chriſtus poſt re
ſurrectionem ſuam apparuit primo
marie magdalene afflicte. Deinde
petro: poſtea duobus diſcipulis eun
tibus in emaus. Luce vltimo. Ste=
phano in ſua paſſione oſtendit celos
apertos ⁊ ei apparens ſeipm̄ ſtantē
a dextris dei oſtendit. Actuum. vij.
¶ Apparuit quādoq; ad tēptandū
⁊ probandum. Sic apparuit abrahe
tentans eū vt tolleret filium ſuum
⁊ ſuper vnum mōtium offerret in ho=
locauſtū: vt habetur Geneſis. xxij.
Apparitiones ⁊ reuelationes ange
lorum. quere ſupra capi. xi.

## Capi. decimumquintum.

¶ De incauto aſpectu.
Aſpectus incautus eſt
Preceptorum tranſgreſſiuus.
Laſciuorum incēſiuus.

ASpectus incautꝰ eſt cau
ſa tranſgreſſionis omni=
um preceptorum ⁊ com=
miſſionis omnium pecca
torum. Nam prima mulier que po=
mum incaute aſpexit: tranſgreſſa eſt
preceptum domini cum gule vitiū
letaliter cōmiſit. Geneſis. iij. Quia
cham verenda patris incaute aſpe=
xit tranſgreſſus eſt ⁊ incurrit maledi
ctiōis effectum. Geneſis. ix. Timuit
abraham ne ex incauto aſpectu ho=
micidiū ſequeret̄. Ideo dixit Sare
vxori ſue. Si viderint te egyptij occi
dent me: ⁊ te ſeruabunt. vt habet̄ Ge
neſis duodecimo. Dyna volēs incau
te aſpicere mulieres regionis illius
fuit violata a ſichen vnde multa ho=
micidia ſūt ſecuta Gene. xxxiiij. He=
rodes quia ſaltatricē aſpexit incau=
te caput ioānis promiſit: ⁊ nequiter
adimpleuit. Matthei decimoquar=
to. Mar. ſexto. ¶ Aſpectus incautꝰ
accendit ⁊ fouet laſciuias ⁊ luxuri=
as: ⁊ maxime aſpectus pulchritudi=
nis mulierum. Nam filij dei vidētes
filias hominum q̄ eſſēt pulchre vxo
res quas elegerant acceperunt. Ge
neſis ſexto. Judas: quia Thamar a=
ſpexit in biuio exarſit libidine: ⁊ cū
ea peccauit. Geneſis trigeſimoocta
uo. Dña mēphitica cui ſeruiebat io
ſeph oculos iniecit ⁊ in eius ardens
libidine eum moleſtauit. Geneſis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xxix. Vidit dauid mulierē lauare ſe ⁊ ex hoc adulterium ⁊ homicidiū perpetrauit. ij. Regum. xi. Holofernes iudith pulchram videns ⁊ ornatam ab eiꝰ pulchritudine fuit captꝰ et turpiter capite truncatꝰ. Judith x. Videbant duo ſenes ſuſannam in pomerio ambulantem ⁊ in eius concupiſcentia exarſerunt. Danie. xiij.

## Capitulum decimū ſextū.

¶ De aſtutia ⁊ calliditate falſa.
Aſtuti ſunt imitatores demonū.
Deceptores ſociorum.
Simulatores amicorum.
Suppreſſores ſociorum.
Extinctores inimicorū.
Celatores delictorū.

Aſtuti ſunt imitatores diaboli qui primus magiſter aſtutie ⁊ calliditatis fuit: ⁊ hoc in ſerpente qui erat callidior cunctis animantibus terre qui primam mulierem ſua ſeduxit aſtutia: ⁊ callide non eſt aggreſſus virum in quo maior prudentia reſidebat: vt dicit Geneſis. iij. Quia ſathan coram deo veritati ⁊ ſanctitati iob nō potuit derogare eū callide decipere voluit omnia auferendo ⁊ nuncios ſimul venire faciēdo: vt multiplicato dolore citius per impatientiam frangeretur Job primo. ¶ Aſtuti ſunt deceptores ſociorum ſuorum: ⁊ aliarū etiam perſonarum ⁊ ſemꝑ nouas vias ſubtilitatis ad decipiendum inueniunt Sicut laban multotiens voluit iacob deludere nunc ī vxore nūc in mercede: ⁊ ſemꝑ nouas aſtutias exquirēdo. Geneſis. xxix. ⁊. xxx. Cum labā ſcrutaretur omnē ſupellectilē quā habebat Jacob callide fuit a rachele illuſus. Geneſis. xxxi. Filij iacob voluerunt patrem aſtute decipere mittentes ei tunicam intinctam ſanguine vt crederet filium a beſtijs deuoratum. Geneſ. xxxvij. Gabaonite nouis aſtutijs ioſue et filios iſrael decipere procurauerunt. Joſue. nono. Variū circuitum fecerūt phariſei ceco nato: vt eū verbis caperēt et monſtrarēt mendacē. Joā. nono. ¶ Aſtuti ſunt ſimulatores fingētes ſe eē qꝺ non ſunt. Nam fratres dyne callide deceperunt ſichem: et populum ciuitatis: religionem et amicitiam ſimulantes. Ge. triceſimoq̄rto. Sedechias propheta fecit ſibi cornua ferrea verum prophetam ſe ſimulans et fefellit regem achab dicens. His cornibus ſyriam vētilabis: vt habetur. iij. Regum. xxij. Callide cogitauerunt phariſei demonſtrantes ſe velle honorare ieſū dicentes. Magiſter. Scimus qꝛ verax es ⁊ viā dei in veritate docēs ⁊c. Et volētes eū capere in ſermone. Mat. xxij. Simile fecerūt cū adduxerunt ei mulierē in adulterio dephēſā. Joā. viij. ¶ Aſtuti ſunt tyrāni nouas inuenientes aſtutias: vt ſubditos ⁊ alios deprimāt ⁊ occidāt Sic fecit pharao q̄ nouas adīuenit aſtutias: vt filios iſrael exterminaret. Exo. i. ⁊. v. Callide voluit ſaul facere occidi dauid ſimulās ſe velle eē affinē eius dās ei filiā in vxorē. i. Regū. xviij. Scelerata nouā Jezabel īuenit aſtutiā vt vineam auferret naboth: vt eū occidi faceret ſine culpa. iij. Regū. xxi. Athalia regina vt regnare poſſet omne ſemē regium callide interfecit. iiij. Regum. xi. Herodes tyrannus impius callide cogitauit chriſtū occidere exquirendo a magis xp̄m innocētes pueros occidendo. Mat. ij. ¶ Aſtutias ſubtiles inueniūt inimici vt poſſet vnus aliū ſuperare ſic cogitauerūt callide philiſtei: vt faber ferrarius non inueniretur in iſrael ne fabricaret arma vel gladios: ⁊ ſic eos facile ſuperarent. i. Regum. xiij. Quia abſalō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inimicabatur amon qui eius ſororez
oppreſſit callide: vt eũ occideret con
uiuium ordinauit. ij. Reg. xiij. Aſtu=
te nuncijs ſenacherib loquebatur ra
pſaces alta voce vt audiret popul⁹
qui erat ſupra muros vt timẽs ei tra
deret ciuitatem. iiij. Regum. xviij.
Satrape perſarum inimicantes da
nieli aſtute procurauerunt ꝙ rex fa=
ceret decretum contra quod ſciebãt
danielem facturum ⁊ ſic ipſe regi ex=
ſus incurreret penã mortis. Dañ. vi.
Calliditate quorundam inimicanti
um paulo in ciuitate lyzorã vbi pau
lum voluerũt populi adorare: vt de=
um: fuit poſtea paulus lapidatus.
Actuum. xiiij. Iudei callide paulũ
volebant educi: quem ipſi cõiurаue=
runt occidẽdũ. Actuũ. xiiij. ¶ Aſtu=
ti nituntur ſua ſcelera occultare fa=
cta vel fienda aliquo velamine boni
tatis ne cognoſcantur. Sicut dauid
aſtute voluit celare adulterium pie=
tate quando miſit pro vria: vt cum
vxore deſceret ⁊ cõdormiret. i. Regũ
xi. Nephandam aſtutiam tenuit a=
mon qui volens violare ſororem ſub
ſpecie egritudinis iniquitatem cela
uit. ij. Regum. iij. Ambitionez regni
celabat aſtute Abſalon ſub pietate
iudicij dicendo aduentantibus. Vi=
dentur mihi ſermones tui boni ⁊ re=
cti. ſed non eſt qui te audiet a rege cõ
ſtitutus. ij. Regũ. xv. Duo ſenes ſub
pretextu iudicij iniquitatez peſſimã
celauerunt. Dañ. iij.

## Capit. decimũſeptimũ.

De auaritia ⁊ cupiditate terrena.
Auari ſunt
Iurgiorũ materiã exquirẽtes.
Theſaurorũ pecuniã appetẽtes.
Iudiciorũ iuſtitiam puertentes.
Sacrilegiorũ nequitiã cõmittẽtes.
Occiſorũ malitiã incurrẽtes.
Proditorũ fraudẽ exercentes.
Punitorũ triſtitiã ſuſtinẽtes.

Auari ⁊ amãtes diuitias
ſũt litigioſi ⁊ diſcoli: ſub
cuius figura cayn qui in=
terp̃tatur poſſeſſio abel
fratrez ſuum occidit. Geñ. iiij. Pro
pter nimiam ſubſtantiam abrahe et
loth: non potuerunt habitare ſimul
propter paſtorũ iurgia vtriuſq;. Ge=
neſis. xiij. Locupletatio Iſaac pa=
ſtores eius ⁊ cõuicinorum iurgia in=
ceperunt. Geñ. xxvi. Propter hanc
cauſam ſaluator noſter noluit ſe in=
tromittere de diuiſione terrene here
ditatis cũ ſup hoc fuerit requiſitus.
Luc. xij. ¶ Auari nunq̃ tẽporalib⁹
ſatiant̃: ſed ſemper acquirere ⁊ con=
gregare nitunt̃. In cuius figura dici
tur Cayn edificaſſe ciuitatez enoch
noĩe filij ſui: ⁊ nõ abel. Quia ſancti ⁊
pauperes xp̃i nolunt hic habere ma
nentẽ ciuitatẽ: ſed futuram inquirũt
Geñ. iiij. Obtenta victoria de arpha
xat nabuchodonoſor alia regna cu=
piuit. Iudith. i. Adoleſcens iuuenis
qui ſemper inhiabat ad plura receſ=
ſit triſtis cum audiuit a domino: ꝙ nõ
ſolum plura non quereret: ſed relin=
queret acquiſita. Matthei. xix. Cõ=
tra illos qui bona temporalia cõgre
gare nitũtur. dixit chriſtus ſimilitu=
dinem diuitis: cuius ager fruct⁹ vbe
res afferebat. Luce. xij. Propt̃ aua=
riciam queſtuariorum qui amplius
volebant acquirere: factũ eſt vt pau
lus ⁊ ſilas fuerint virgis ceſi. Actu=
um. xvi. Ex auaritia vlterius cõgre=
gandi pecuniam demetrius nomine
argentarius ſeditionem in paulum
concitauit. Actuum. xix. ¶ Auari
cupiditate ducti peruertunt rectuz
iudicium et veritatem in falſitatem
commutant. Ideo dixit Jetro moy=
ſi. Elige tibi conſiliarios homines
deum timentes qui oderint auariti=
am: quaſi diceret tales non peruer=
tunt veritatem. Exo. decimooctauo
Balaam ſeductus auaritia benedi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctionem populi in maledictionē conuertit Nume. xxij. Filij ſamuelis ſecuti ſunt auaritiam et iudicium peruerterunt. i. Regum. viij. Uinea naboth fuit cauſa q falſi teſtes producti fuerunt cōtra eum. iij. Regū. xxi. Per pecuniam corrupti cuſtodes ſepulchri mentiti ſunt dicētes. Quia corpus chriſti per diſcipulos ſublatum fuerat Matthei. xxviij. Felix pſes qui a Paulo pecuniam non recepit. ipʒ vero reſtituit libertati Actuum. xxiiij. ¶ Auari clerici ſymoniaʒ committunt: ꝛ oblationes requirūt: vnde pauci ſunt hodie clerici qui faciant oblationes populo prohiberi ſicut qui preerant operi templi Exodi. xxxvi. Giezi propter auariciā vēdidit curationem naaman. quā heliſeus fecerat gratis munera recuſando. iiij. Regum. v. Menelaus propꝫ pecuniam quam promiſit andronico habuit ſacerdotiuʒ. ij. Machabeorum. iiij. Sacerdotes propter auariciam permittebāt vendi in templo oues ꝛ columbas Mat. xxi. ¶ Auari propter ſuam cupiditatem multotiens incurrunt mortem: Nam achior cupiditate ductus tulit de anathemate hierico. ideo fuit morti adiudicatus: vt habetur Joſue. vij. Nabal qui nuncijs dauid fuit nimis auarꝰ. vere totam ſubſtantiam ꝛ vitam perdidiſſet. niſi propter largitatē ꝛ prudentiam vxoris euaſiſſet. i. Regum. xxv. Quia ſemei ex auaricia exiuit ſeruos requirere: fecit eum ſalomon occidi. iij. Regum. ij. Propter hanc cauſam dixit iudas cōmilitonibꝰ ſuis. nō concupiſcatis ſpolia. qꝛ belluʒ contra vos eſt. quaſi diceret. Faciliter occiduntur. i. Mach. iiij. Obſidētes fures corrupti pecunia dimiſerunt quoſdā. ideo ſunt occiſi. ij. Macha. x. Credit iudeos corruiſſe in prelio: qꝛ inuēta ſunt donaria idolorum ſub tunicis interfectorū qō ꝓhibebatur eis. ij. Macha. xij. ¶ Auari vt pecuniam habeant proditiones exercent. ꝛ amicus ſupplantat amicum. Nam Dalila ꝑpter pecuniā Sāſonem tradidit quem ſe prius diligere oſtēdebat: vt dicit Judicum. xvi. Judas ſcarioth propter cupiditatē decime quā perdidit de vnguento chriſtum tradidit ꝛ vendidit. a quo tot ꝛ tanta receperat beneficia vt habet Mat. xxvi. ¶ Auari ſunt grauit puniendi a deo oīpotēti. Nā ꝓcipua occaſio reprobationis Saul videt fuiſſe cupiditas quā habuit ī ꝑda Amelech. vt habet. i. Regum. xv. Opprimentes alios per vſuras ꝛ exactōes Neemias grauiter increpauit Nee i. Ptolemeus vituperauit Alexandrū quia regnum eius per auariciaʒ concupiuit. i. Macha. xi. Acerbe eſt punitus diues epulo qui fuit de mic panis lazaro auarꝰ Lu. xvi. Emptores boum ꝛ villarum. id eſt mobiliuʒ ꝛ immobiliū ſunt excluſi a cena magna quam dn̄s preparauit Lu. xiiij. Terribiliter punita eſt auaritia ananie ꝛ zaphire per apoſtolum petrum quia ſubitanea morte occubuerunt Actuum. v.

## Capi. decimūoctauum.

De verbi dei auditu.
Audiri debet verbū dei.
Cum fidelitate credendi.
Cum ſinceritate reuerendi.
Cum aſſiduitate adimplēdi.
Cum voluntate penitendi.
Sine impietate reſiſtendi.

Audiri debet verbum dei cum credulitate et fide. Ideo cum Aaron verba domini locutus fuiſſʒ ad populum credidit populus omnis. ꝛ proni adorauerunt. Et publice habetur. Exodi quarto. Poſt aduentū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpiritusſancti multi q̄ audierunt verbum dei crediderunt: ⁊ creuit eccl'ia Actuum. iiij. Gentes audientes ꝙ paulus ⁊ barnabas predicarent gauiſi ſunt ⁊ crediderunt. Actuū. xiij. Paulo ⁊ Barnaba predicantibus Iconij audierunt ⁊ multi cū auiditate crediderunt. Actuum. xiiij. Intrāte paulo in ſynagogas corinthi audierunt multi cum auiditate qui crediderunt. Actuum. xix. ¶ Audiri debet verbum dei cum reuerentia ⁊ deuotione cordis ⁊ geſtus. Ideo eglon rex ſtatim ſurrexit de ſolio: quando ayoth dixit ei. Verbū dei habeo ad te o rex maximam reuerētiam exhibens verbo dei. Iudicum. iij. Heli docuit ſamuelem vt reuerenter diceret Loquere domine: quia audit ſeruus tuus. i. Regum. iij. Legit eſdras verba legis a mane vſq; ad mediam diem ⁊ aures populi erāt directe ad librum. ij. Eſdre. viij. Hoc eſt Neemie. viij. Reuerenter audiebat Maria ſoror marthe: que ſedēs ſecus pedes domini audiebat verba illius. Luc. x. Loquebatur Ieſus docens in templo et omnis populus ſuſpēſus erat audiens verbum eius. Luce. xix. Reprehendentes ſe diſcipuli de ignorātia cognitionis chriſti dicebāt ad inuicem. Nonne cor noſtrum ardens erat in via dū loqueretur nobis. Luce. xxiiij. Predicāte philippo i Samaria intendebāt turbe deuote his que dicebantur ab eo. Actuum. viij. ¶ Audiri verbum dei non ſufficit niſi homo adipleat ope illud quod audit. Ideo dixit popul⁹ Moyſi. Omnia verba que locutus eſt dominus faciam⁹. Exodi decimooctauo. Iob dixit domino. Auditu auris audiui te: ⁊ poſt pauca. ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Iob. xlij. ⁊ vltio. Herodes licet peſſimus audiebat Iohannē. Et audito eo multa faciebat Mar. ſexto. In fine ſermonis in mōte dixit ieſus. Omnis qui audit verba mea ⁊ facit illa ſimulabitur viro q̄ edificauit domum ſuā ſupra firmam petram. Matthei. vij. mulieri dicenti. Beatus venter qui te portauit. Dixit chriſtus. Beati qui audiunt verbū dei ⁊ cuſtodiūt illud. Luc. vndecimo. Eſtote factores verbi et non auditores tantum. Iacobi primo. ¶ Auditus verbi dei cōuerti facit peccatorem ab errore vie ſue. Io dixit dominus Hieremie. Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant et conuertantur. Hieremie. xxvi. Verbum predicatiōis Ione venit ad regem ⁊ cōuertit eum: et populum totius ciuitatis Niniues. Ione tertio Poſt predicantem chriſtum in nauicula petrus et alij relictis oībus ſecuti ſunt eum. Luce quinto. Videntes diſcipuli ꝙ per predicationē cōuertebantur infideles dixerunt multitudini. Nō eſt equum nos derelinquere verbum dei et miniſtrare menſis: et tamen ille menſe erant pauperum ⁊ viduarum: vt oſtenderent ꝙ p̄dicatio verbi dei ad homines cōuertendos preualet operib⁹ miſericordie corporalis. Actuū ſexto. Quia Eunuchus audiuit verbū domini a Philippo cōuerſus ⁊ baptizatus ē Actuum octauo. Predicatio petri ⁊ ammonitio angeli Cornelium conuerterunt. Actuum decimo. Lidia purpuraria ad predicationē Pauli eſt conuerſa: vt habetur Actuū decimoſexto. Paulo loquente de reſurrectione mortuorum Dionyſius areopagita credidit. Actuum decimoſeptimo. ¶ Audire verbum dei nolunt mali et incorrigibiles ne conuertātur. Ideo dixit Moyſes domino. Filij iſrael non me audiūt ⁊ quomodo audiet me Pharao? Exodi q̄rto. Rex achab noluit audire Micheam prophetam: quia nō prophetauit ei niſi malum ſicut ipē mereba



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur habere. iiij. Reguz. xxij. Dixit do
minus ezechieli. Domus iſrael no-
lunt audire te quia nolunt me audi-
re: quia domus exaſperans eſt. Eze-
chie. iij. Judei obdurauerant aures
ſuas: vt non audirent ſtephanū ꝛ au
dientes diſſecabātur cordibus ſuis
Actuum. vij. Cum audiſſet quidam
Paulum de reſurrectione mortuoꝝ
irridebant eum. Actuum. xvij.

## Capi. decimumnonum:

¶ De auiditate mulierū.
Auide ſunt mulieres in vetitoꝝ per
petratione.
Filiorum impetratione.
Poſſeſſionū proſperatione.
Sublimiorum cumulatione.
Secretorū reuelatione.
Inimicorū vindicatione.
Gaudiorū ſecretorū enarratione.

Auide ſunt mulieres ſem
per de ſibi prohibitis et
amplius deſiderant veti
ta. Ideo prima mulier de
conceſſis fructibus comediſſe nō le-
gitur nec eos deſideraſſe: ſed ſolū ve
titū concupiuit ꝛ viro ſuo attulit ad
comedēdum Genī. iij. Uxor Loth vo
luit cōtra prohibitionem retro poſt
tergum reſpicere: ꝛ verſa eſt in ſtatu
am ſalis. Geneſis. xix. Dyna contra
licentiam patris ꝛ fratrum voluit vi
dere mulieres regionis illius: ꝛ op
preſſa eſt a ſichem: ꝛ ſic de illis q̄ vo-
lunt videre viros et videri ab eis vt
habetur Gene. xxxiiij. Domina cui
ſeruiebat Joſeph: quia ſciebat adul
terium a naturali lege eſſe prohibi-
tum: auide ſollicitabat eum ad pec-
candum. Geneſis. xxxix. ¶ Auide
ſunt mulieres habere filios: vt care-
rent ſterilitatis opprobrio. Ideo Sa-
ra ita deſiderabat filios q̄ potꝰ vo
luit Abrahaz habere filios de ancil-
la q̄ non habere: credens de ſe nunq̄
poſſe filios generari. Geneſ. xvi. Fi-
lie Loth potius voluerunt habere fi-
lios de patre proprio q̄ filios nō ha-
bere. Geneſis decimo nono Rachel
videns ſororem fecundam dixit ma-
rito. Da mihi liberos alioquin mo-
riar. Geneſ. xxx. Anna deſiderio ha
bendi filios flebat ꝛ non capiebat ci
bū. i. Regū. i. Multum deſiderabat
illa mulier ꝛ proprium filiuz: que ra-
puerat alienum. iij. Reg. iij. ¶ Aui-
de ſunt mulieres de profectibus ꝛ ꝓ
ſperitatibus filiorū. Ideo mulier ſu
namitis voluit ire ad heliſeū pro ſuſ
citatione filij q̄uis vir eius plenā li
centiā non cōceſſiſſet. iiij. Regū. iiij.
Uxor Thobie quotidie reſpiciebat
viam vt videret filium proſpere veni
entē. Thobie. x. Mulier chananea
ſic feruide deſiderat filie ſanitatem
q̄ dominum pluries pro ea rogauit
ꝛ plura opprobria ſuſtinens non de-
ſtitit donec quod petierant impetra
uit. Matthei. xv. Mater filiorum ze
bedei ſic auida fuit pro filiorum pro
ſperitate q̄ acceſſit ad ieſum et peti
it filios ante laborem remunerari.
Matth. xx. ¶ Auide mulieres poſ-
cunt habere poſſeſſiones ꝛ gloriam
Ideo axa filia Caleph obtinebat ter
ram irriguam: quia ſuſpirans affe-
ctuoſiſſime poſtulauit. Joſue decio-
quinto. Ita concupiuit iezabel vine
am naboth q̄ fecit eum iniuſte lapi-
dari. iij. Reguz. xxi. Athalia cōcupiſ
cens gloriā ꝛ poſſeſſionem regis om-
ne ſemen regū excepto Joas abſcon
dito interfecit. iiij. Regū. xi. ¶ Aui-
de ſunt mulieres ſcire ſecreta virorū
ꝛ q̄to magis eis occultantur eo am
plius ſcire deſiderant. Sed nullum
ſecretum cōtineant. Unde vxor ſam
ſonis tantum inſtitit q̄ ei ſamſon re
uelauit ſecreta ꝛ propoſitionem ob-
ſcuram quam parentibus noluit re-
uelare: q̄ eam poſtea ꝓpalauit. Jud.
xiiij. Dalila ſua importunitate deui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cit ſamſonem: vt ei cauſaꝫ ponderet fortitudinis ſue: quod ſcitũ philiſteis poſtmodum reuelauit. Judic. xvi. ¶ Auide ſunt mulieres ad vindictã ⁊ non parcunt niſi vlciſcãtur. Unñ heſter nõ fuit ɔtenta de vindicta Amõ ſuſpenſi. ⁊. ccccc. virorum occiſorum ſed in craſtinum fecit ceteros trucidari. Heſter. ix. Herodias ſic deſiderabat vindictam de Joanne ꝙ dixerat contra eam ꝙ magis elegit petere herodẽ caput Joannis ꝙ dimidium regni ſui. Mar. vi. Matth. xiiij. Dixit chriſtus exemplum de vidua que multuꝫ fuit moleſta iudici: vt eã de aduerſario vindicaret. Luc. xviij. ¶ Auide ſunt mulieres ſecreta gaudia ſui cordis exprimere et alij reuelare. Unde interrogata Rebecca ſi vellet ire cum ſeruo Abrahaꝫ ad maritum ſuum letitiam volens oſtendere non dixit ſi placet vobis: ſed letanter dixit. vadam. Geñ. xxiiij. Puella nomine Rode pre gaudio non apparuit Petro: ſed ꝙ petrus adeſſet letanter cucurrit intro ſtantibus nũciare: vt habetur Actuũ. xij.

## Capit. vigeſimũ.

¶ De auxilio dei.

Auxiliũ petendũ eſt a deo: quia ſolꝰ
Auxiliatur in tribulatione.
Solus adeſt in tẽptatione.
Solus ꝓdeſt in cõtẽplatione.

PRimũ ſolus deꝰ auxiliatur in tribulatione poſitis. Pſalmiſta. Da nobis auxilium de tribulatione. Et hoc tripliciter conſeruãdo ſiue defendẽdo. ps. Mittat tibi auxilium de ſancto ⁊ de ſyon tueatur te. Eſaie. l. Dñs deus auxiliator meus ⁊ ideo non ſum confuſus. Item confortando ps. Manus eñi mea auxiliabit ei. Jtẽ ſpeꝫ glorie donãdo. ps. Deus auxiliũ mei ⁊ ſpes mea in deo eſt. ¶ Auxiliat deꝰ in pugna tẽptationis. ij. Para. xxxij. Cum ſenacherib brachiũ carnium eſt nobiſcũ dñs deꝰ nr̃ auxiliabit nobis. Jtẽ hoſtes debellãdo. Eſa. xxx. Egyptꝰ hõ ⁊ nõ deꝰ ⁊ equi eorũ caro ⁊ nõ ſpũs. Inclinauit dñs manum ⁊ corruet auxiliator ⁊ cadet propter hoc dicebat. Eſa. Ecce dñs deꝰ auxiliũ meũ ꝗs ẽ ꝗ me contẽnet. Jtẽ corroborando. ij. Paralip. xxvi. Egreſſum eſt nomen ozie ꝓcul eo ꝙ auxiliaret ei dñs ⁊ corroboraſſet illũ. ¶ Auxiliat deꝰ in contẽplatione. Deute. penul. Beatꝰ es tu iſrael ꝗs ſimilis tui popule ꝗ ſaluaris in dño. Scutũ auxilij tui ⁊ gladius glorie tue. Jtẽ gratiã infundendo. Hebreorũ. iiij. Adeamꝰ cum fiducia ad thronũ glorie eiꝰ: vt miam cõſequamur ⁊ gratiam ĩ auxilio opportuno. Jtẽ mittendo. ps. Leuaui oculos meos in mõtes vñ veniat auxilium mihi. Jtẽ cõcupita ⁊ petita ad libitum faciendo. ps. Beatꝰ vir cuiꝰ auxiliũ eſt abs te. Beatꝰ eñi eſt cui omnia optata ſuccedũt.

## Capit. vigeſimũprimum.

¶ De baptiſmo xp̃ianorũ.

Baptiſmus xp̃ianorũ eſt:
Demõſtratus in figuris.
Prophetatus in ſcripturis.
Roboratus xp̃i curis.

BAptiſmus figuratus fuit in figuris antique legis Nam figuratus fuit per mare rubrum in quo filij iſrael liberati ſunt id eſt chriſtiani: ⁊ Pharao id eſt diabolus cum ſuis ſequacibus eſt ſubmerſus. Exo. xiiij. Per aquam ſignabatur baptiſmus in quam Helizeus miſit ſalem: id eſt chriſtus gratiam: vt eiꝰ ſceleroſitas ſanaretur: vt lucide habetur. iiij. Regum vigeſimo. Septena lotio Naaman in iordane que eum mundauit a lepra ſignat ſeptem dona ſpiritus ſancti mundantia hominẽ baptiſa-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum.iiij.Regum.v. ¶ Baptiſmus
prophetatus fuit in ſcripturis a pro
phetis antiquis ⁊ nouis. Naz de eo
prophetauit Ezechiel dicens. Effun
dam ſup vos aquam mundam ⁊ mū
dabimini ab omnibꝰ inquinamētis
veſtris Ezechi.xxxvi. Joannes ba-
ptiſta eximiꝰ prophetarum prophe
tauit ⁊ predicauit baptiſmum et in-
cepit eum ⁊ chriſti baptiſmum pro-
phetice nunciauit Matthei tertio.
¶ Baptiſmū cōſecrauit ⁊ approba
uit xp̄s qn̄ baptizatus eſt a Johāne
et ſpiritusſanctus apparuit in colū-
be ſpecie vt aquis virtutez tribueret
ſalutarē Matth.iij. ⁊ Luce.iij. Pre
cepit xp̄s baptiſmuz fieri de neceſſi
tate cū dixit. Niſi quis renatus fue-
rit ex aqua ⁊ ſpiritusſancto non intra
bit regnum celorū Johan.iij. Predi
cari etiā voluit xp̄s baptiſmū et for-
mā baptizandi dicens. Euntes doce
te oēs gētes baptizātes eos in noīe
patris et filij et ſpiritusſancti amen.
Mat.xxviij. In baptiſmo ⁊ fide oſtē
dit xp̄s eſſe ſalutē noſtrā dicēs. Qui
crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluꝰ
erit. Marci vltimo.

## Capi. vigeſimūſecundum

¶ De benedictione dei ad hominē.
Benedictionē dei recipiūt:
Cōiugiorū perfecti obſeruatores.
Preceptorū ſubiecti executores.
Flagellorū electi ſupportatores.
Arduorū accepti operatores.
Deuotorū dilecti hoſpitatores.

Benedixit deꝰ exiſtētibꝰ i
matrimōio ad filios pro
creandū: ſicut benedixit
Ade ⁊ Eue dicēs. Creſci
te ⁊ multiplicamini ⁊ reple. Gene.i.
Noe etiā ⁊ filijs eius bn̄dixit dicēs.
Creſcite ⁊c. Geñ.ix. ¶ Bn̄dixit deꝰ
obedientibꝰ precepto eiꝰ. ideo dixit
ad abraham egredere. Benedicā ti
bi ⁊ magnificabo nomē tuum Gene.
xij. Aſcenſurus in celum ſaluator e-
duxit diſcipulos in bethania in mō-
tem oliueti: quibus obedientibꝰ ele
uatis manibꝰ benedixit Luc.xxiiij.
¶ Benedicit deus tribulatis tribu
lationes patienter portātibus. Sic
benedixit deus abraham de iſmahe
le eiecto tribulato dicens. Ecce be-
nedicaz ei ⁊ augebo ⁊ multiplicabo
eum valde. Geñ.xvij. Job benedixit
quia patiens fuit ⁊ reſtituit ei dupli
cia. Job.xlij. ¶ Benedixit deus iu-
ſtis ⁊ bene operantibus augēdo eis
bona tpalia ⁊ ſpiritualia. ſic bn̄dixit
Jſaac ⁊ ibat proficiens Gene.xxvi.
Jacob luctatꝰ cū angelo dixit. Nō
dimittam te: niſi benedixeris mihi ⁊
benedixit ei in eodē loco. Geñ.xxxij
Operibus manuū iob deus benedi-
xit. ⁊ poſſeſſio eiꝰ creuit in terra Job
i. Deſiderāda eſt illa benedictō quā
daturus eſt dn̄s iuſtis ⁊ bene operā-
tibus in die iudicij dicēs. Venite be-
nedicti patris mei percipite regnuz
⁊c. Matth.xxv. ¶ Benedixit deus
recipientibus ſanctos homines. vel
ſanctas reliquias hoſpitio. Sic di-
xit iacob ad laban. Modicū habui-
ſti anteꝙ venirez ad te: ⁊ nunc diues
factus es. ⁊ benedixit tibi deus pro-
pter aduentum meum. Geneſ.xxx.
Propter ioſeph benedixit deus do-
mui egypti ⁊ multiplicauit in omni
bus Geñ.xxxix. Habitabat arca do-
mini in domo obededom tribꝰ menſi
bus ⁊ benedixit deus domui obede-
dom. vt habetur.ij. Reg.vi.

## Capit. vigeſimūtertium.

¶ De benedictione hominis ad
deum.
Benedicere debet homo deo:
Pro ſuperatione decertationū.
Pro acquiſitione illuſtrationū.
Pro adeptione perfectionū.
Pro promotione prelationū.
Pro effuſione orationum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro euaſione tribulationũ:
Pro cognitione retributionũ.

Benedicere debet hõ deo pro obtẽtis victorijs corporalium inimicoruz. Jõ melchiſedech occurrens abrahe poſt victoriã quaz habuerat ipẽ de quattuor regibus dñm pro obtenta victoria bñdixit. vt habet̃ Geneſis. xiiij. Obtẽta victoria de ſiſara delbora ⁊ barat cecinerunt dicentes Qui ſponte obtuliſtis aĩas veſtras de iſrael: ad periculũ benedicite deo Judicum. v. Poſt victoriã quam habuit dauid de golia dicit̃ feciſſe pſalmũ. Benedictus dñs ⁊c. i. Regũ. vij pſalmo. cxliij. Ozias prĩceps vidẽs Judith cum capite holofernis benedixit deum Judith. xiij. Obtenta victoria ⁊ edificato altari ſub iuda machabeo bñdixit populꝰ dñm. i. Macha. iiij. Heliodoro volente ſpoliare templũ: ſʒ terribiliter flagellato. benedixerunt deũ. ij. Machabeorũ. iij. ¶ Bñdicere deũ homo debet pro acquiſita vl' acquirẽda ſapiẽtia. Jdeo cum audiſſet hyrã verba Salomõis ait. Bñdictus deus qui dedit dauid filium ſapientem. vt habet̃. iij. Reg. v. Cum aperuiſſet librum Eſdras. vt inſtrueret populũ bñdixerũt dño ipẽ ⁊ populꝰ. Nee. viij. Thobias inſtruens filium ſapientiam docens inter cetera dixit ei. omni tpe benedic domino Thobie. iiij. Daniel qui accepit ſapientiam ⁊ reuelationes a deo ait. Benedictus deus qui dat ſapiẽtiam Danielis. ij. ¶ Benedicere debet homo deo pro cõplemento ⁊ perfectione cuiuſlibet operis boni. Sic ſalomon edificato tẽplo bñdixit deo qui dedit gratiam complendi opus ſuuz dicens. Benedictus dñs deus iſrael: qui locutus eſt ad dauid prẽz meum: ⁊ compleuit. iij. Regum. viij. Completo muro hieruſalem ſub eſdra et neemia dixerunt leuite, Surgite benedicite deum noſtrum ab eťno Nee. ix. Completa promiſſiõe facta ſymeoni a ſpirituſancto accepit ieſum ⁊ benedixit deũ dicens. Nunc dimit. Luc. ij. ¶ Benedicere debet homo deo in electione et promotiõe boni prelati et iuſti principis. Jdeo facto principe Aſaph ad confitẽduz dño ſequitur. benedictus dominꝰ ⁊c. priõ Parali. decimoſexto. Uidẽs eſdras animum artaxerxis regis eſſe bonũ dixit. Benedictus deus patrũ noſtrorũ qui dedit hoc in corde regis i. Eſdre. vij. ¶ Benedicere debet homo deo in oratione: ⁊ maxime in eccleſia. ideo Sara filia raguelis orando dixit. Benedictum nomen tuum deus qui cũ iratus fueris miĩam facis Thobie. iij. Poſt aſcẽſionem domini erant in tẽplo diſcipuli orãtes ⁊ benedicentes deum Luc. xxiiij. ¶ Benedicere debet homo: pro euaſione tribulationum. Jdeo raguel ⁊ vxor eius videntes ꝙ demõ Thobiam non vexaret dixerunt. Benedicimus te domine deus iſrael. quia nõ contingit nobis vt putabamꝰ Thobie. viij. Ananias et ſocij liberati a flamma fornacis benedixerunt domino. Et ſimiliter nabuchodonoſor deũ pro eorum liberatione plurimuz bñdixit Danie. iij. Petrus apoſtolꝰ tribulationes patiens dicebat. Benedictus deꝰ ⁊ pater domini mei Jeſu chriſti. pater miĩarum ⁊ deus totius conſolationis qui cõſolatur nos in omni tribulatiõe noſtra. i. Petri i. ¶ Benedicere debet homo deo ꝓ receptis beneficijs gratias referendo. Jõ raguel ſollicite monuit. Thobiam ⁊ filiam. vt pro receptis benefĩcijs benedicerẽt deum celi. ⁊ omnia eius beneficia ⁊ mirabilia narrarẽt Thobie decimo. De recuperato viſu et auditis ſermonibus raguel̃. Thobias dominum benedixit. Thobie. xiij. Machabeus et qui cum ipſo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant audientes auxiliũ a domino ſi
bi miſſum benedixerũt dñm.ij. Ma=
cha.xi. Zacharias recepta prole. et
ſoluto vinculo lingue eius ꝓpheta=
uit dicens. Bñdictus dñs deus iſra
el. Luce primo.

## Capi. vigeſimũquartũ

¶ De benedictione hoīs ad hoīem.

Benedicere debet homo:
Bellatorũ victoribus.
Genitorũ pignoribus.
Hoſpitiorũ cultoribus.
Preceptoꝝ factoribus.
Egenorũ benefactoribus.
Et bonorum actoribus.

Benedicere debet hō ho=
mini ad acquirēdā victo
riaꝫ. Ideo melchiſedech
benedixit abrahe reuer=
tenti cũ victoria qui fuerat pro iuſti
tia preliatus Gene.xiiij. In cantico
pro victoria habita de ſiſara dicitur
Bñdicta inter mulieres Jabel. Ozi
as princeps populi dixit ad iudith:
ꝙ decapitauerat holofernē. Benedi
cta tu es filia a dño deo excelſo ⁊c.
Judith.xiij. ¶ Bñdicere debet ho=
mo filijs ſuis ⁊ ꝓpinquis: bene dixit
eñ Iſaac filio ſuo iacob: qui ꝙ preri
puiſſet bñdictionē. Flēte eſau dixit
pater eius. In rore celi et pinguedi=
ne terre deſuper erit benedictio tua
Gene.xxvij. Jacob bñdixit filio ſuo
Joſeph ⁊ duobus filijs eius dicens.
Benedicat deus pueris his. et poſt
modicum benedixit omnibus filijs
ſuis Gene.xlix. Raguel benedixit fi
liam tradens eam thobie dicēs. De
us ſit vobiſcum qui coniungat vos ⁊
impleat benedictione. Thobie.vij.
¶ Benedicere ⁊ ſalutare debet ho=
mo hoſpites ſuos. ſicut pharao poſt
ꝙ Joſeph introduxit patrē ſuum ia=
cob benedixit: interrogans eum de
tempore vite ſue. Gene.xlvij. Ragu
el oſculatus Thobiam hoſpitē ſuuꝫ
pre gaudio fleuit ⁊ ait. Benedictio
ſit tibi fili mi: quia boni ⁊ optimi viri
es filius. Thobie.vij. Gabelus inue
niens Thobiam hoſpitē in domo ra
guelis benedixit ſimili modo Tho=
bie.ix. Veniente maria ad domũ Eli
zabet. et ſalutata ea exclamauit eli=
zabeth dicens. Benedicta tu in mu
lieribus: ⁊ benedictus fructus ven=
tris tui. Luc.i. ¶ Bñdicere debent
prelati ſubditos ſuos. Ideo dixit do
minus moyſi. ſic benedices filios iſ=
rael. Benedicat tibi dominus deus
tuus et cuſtodiat te Numeri. vi. Ex
tendens manum aaron ad populuꝫ
benedixit ei. Leuitici nono. Non ſo
lum prelati boni ſed etiam mali de=
bēt benedicere ſubditos ſuos. Ideo
dixit balaam Ad benedicendum du
ctus ſum benedictionem prohibere
non debeo et non potero: vt habetur
Numeri.xxiij. Conuertit ſalomō fa=
ciem ſuam et bñdixit omni iſrael et
omnis eccleſia ſtabat.iij. Regũ.viij.
Cuꝫ dauid obtuliſſet holocauſta be=
nedixit populo in nomine domini.i.
Paralip.xvi. ¶ Benedicere debēt
pauperes benefactoribꝰ ſuis. Ideo
dixit moyſes populo. Nō pernocta=
bit apud te pignus pauperis vt dor=
miens in veſtimento benedicat tibi.
Deuterono.xxiiij. Noemi videns ꝙ
boos benedixit ruth nurui ſue ⁊ pau
peri ⁊ vidue benedixit ei dicens Be
nedictus ſit a domino. quia gratiaꝫ
quam ſeruauerat viuis reparauit et
mortuis. Ruth.ij. ¶ Benedicere
debet homo bene operantes et ſan
cta opera faciētes. Ideo ioſue dixit
rubenitis ⁊ gaaditis: feciſtis omnia
que precepit moyſes. Et ſequitur be
nedixit eis. ioſue.xxij. Quia ruth ca
ſte vixerat et bñ fuerat opata. Boos
benedixit ei. Ruth tertio. Heli ſacer
dos benedixit helcane et vxori eius
orantibus et offerentibus in templo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

primi Regum primo. Nunciatuz eſt David ꝙ viri iabes galaad ſepeliſſent ſaul mortuum dixitqꝫ ad eos benedicti vos a domino qui feciſtis miſericordiam hãc cum domino veſtro ſaul et ſepeliſtis eum. ſecundi Regũ ſecundo.

## Capit. vigeſimũquintum.

¶ De benignitate dei.

Benignus eſt deus exorãtibus pro alienis delictis.
Tolerantibus et habenis aſtrictis.
Operantibus celi cenis aſcriptis.
Decertãtibus ſed effrenis deuictis.
Jam peccantibus ⁊ penitentibꝰ delictis.
Egrotantibꝰ morbi penis afflictis.

BEnignus eſt deus orantibus pro peccatoribus. Unde Abrahe petẽti a domĩo vt parceret ſodomitis qui cũ multa fiducia loquebatur ſemper benigne reſpondit. et ꝙuis Abraham viſus fuiſſet in orationibus importunus dominus ei quod petebat benignus conceſſit vt lucide ponitur Geneſis. xviij. Dixit dominꝰ moyſi. Cerno ꝙ populꝰ iſte dure ceruicis eſt. dimitte me vt iraſcatur furor meꝰ et deleam eos: quaſi benigne diceret. Tu tenes me benigne pro eis orando Exodi. xxxij. Similia dicebat Hieremie orãti pro populo quem volebat propter peccata delere. Hieremie ſeptimo. ¶ Benignus eſt dominus tribulationem ſuſtinentibus. Ideo fugienti iacob iram fratris dominus benigne apparuit. et reuertẽtem benigne ab inſecutione defendit. Geneſis. xxxiij. Loquebatur dominꝰ Moyſi vt amico ⁊ ipſum a detractoribus pluries liberauit Numeri. xij. et. xiiij. Helie anguſtiato coruus panes et carnes dei cum benignitate ferebat. iij. Regum. xvij. Eidem helie feſſo et tribulato deus panem ⁊ aquam per angelum deſtinauit. tertij Reguz decimonono. Cum azaria et ſocijs eiꝰ in fornace vidit Nabuchodonoſor ſimileꝫ filio dei: ad probandum ꝙ ſemper deus eſt cum tribulatis ſuſtinentibus patienter. Danielis tertio. Danieli exiſtenti in lacu leonum deus benigne miſit coctum cibuz per Abacuc de longinquo. Danielis. xiiij. capit. Diſcipulis de chriſti receſſu tribulatis ipſe ſpiritum paraclitum promiſit et dedit Johan. xiiij. Actuum. ij. Petrum fluctuantem in mari dominus benigne de fluctibus liberauit. Matth. quartodecimo ca. Stephano poſito in tribulatiõe martyrij dominus benigne celum apertum ⁊ ſe ipſum oſtendit Actuum. vij. Johannes exiſtens in pathmos a deo ẽ multis reuelationibus conſolatꝰ Apocal. per totuz. Suſanna exiſtente in maximis tribulationibus et periculo mortis deus eam miſericorditer per Danielem liberauit. Danie. xiij. Latronem clamantem in ſuis tribulationibus conſolatus eſt dominus dicens. Hodie mecum eris in paradiſo Luce vigeſimotertio. Jonam ꝙ deglutitus fuit a piſce dominus miſericorditer liberauit. vt dicitur Jone ſecundo. Ex his omnibus colligitur benignitas dei omnipotentis.

¶ Benignus eſt deus iuſtis et recte viuentibus. Ideo Jacob qui fideliter vixerat et fiducialiter dicebat. Non dimittam te: niſi benedixeris mihi benigne benedixit ei Geneſis. xxxij. Ezechias rex dixit. Dominus propiciabitur cũctis qui in toto corde querunt deum. ij. Paral. trigeſimo. Miſit dominus benigne angelũ raphaelem qui Thobiam duxit incolumem et reduxit. Thob. quinto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vſq; ad. xij. Magdalenā pio operi intendentē xp̄s benigne diſcipul' murmurātibus excuſauit. Matth. xxvi. Mar. xiiij. Exaudiuit dn̄s innocentem ſuſannam ꝛ benigne eā ab iniuſtis ſenib⁹ liberauit. Dani. xiij. Diſcipulos iuſtos xp̄s benigne defēdit tp̄e paſſionis dicens. Si ergo me q̄ritis: ſinite hos abire. O q̄ta benignitas. Joan. xviij. ¶ Benignus eſt dominus preliantibus pro iuſtitia cos confortando ꝛ adiuuando. Jō obediuit dn̄s voci Joſue dicenti. Sol contra gabaon non mouearis. Joſue. x. Gedeoni dedit benigne bis ſignum in vellere q͛ de hoſtibus victoriā obtineret. Judicū. vi. Machabeus ꝛ q̄ cum eo erant bis a deo auxilium acceperunt. i. Mach. x. ¶ Benign⁹ eſt dn̄s peccatoribus ꝛ ſpecialiter volētibus penitere. Ideo benigne pepercit dauid cōfitenti pctm̄ cū a nathā extitit rep̄hēſus: vt dicitur. ij. Reg. xij. Licet poſteri dauid m̄ltipliciter peccarent: tamen dn̄s multotiens pepercit eis. iiij. Reg. xvij. Preparauit dominus piſcē qui recepit ionā q̄uis iuſte ex inobedientia puniret Jone. ſecūdo. Statim poſt vocationem matthei benigne cum peccatorib⁹ manducauit. Mat. nono. Mar. ij. ꝛ Luc. v. Magdalene pie peccata pepercit: et a murmurante phariſeo eam defendit. Luc. vij. Exemplū xp̄i de filio prodigo maximam xp̄i bengnitatem ad peccatores oſtēdit Luce. xv. Zacheus publicanus qui xp̄m deſyderabat videre benigne fuit a dn̄o viſitatus. Luce. xix. Latroni petenti ſui a xp̄o memoriā in breui promiſit tempore paradiſum. Luce. xxiij. Magna pietas xp̄i petrum ter negantē non abiecit: ſed poti⁹ benigne reſpexit. Luce. xxij. Thomam non credentem nō repulit: ſed ſe tangi ꝛ palpari permiſit. Joā. xx. Saulum perſecutorem benigne proſtratū cecauit pariter ꝛ cōuertit. Actuū ix. ¶ Benignus eſt dominus debilibus ꝛ infirmis eis ſanitatem largiēdo. Nam circuībat ieſus totam galileam ſanans omnē langorem ꝛ infirmitatem: quod niſi feciſſet multi infirmi ad eum non potuiſſent accedere. Mat. iiij. ꝛ. ix. Leproſum dicētem Dn̄e ſi vis potes me mundare. Extēdens manum ieſus tetigit ꝛ mundauit. Matthei. viij. A muliere ſanguiflua ſm̄ legem immūda ieſus ſe tangi permiſit ip̄amq; ſanauit. Mat. ix. De benignitate dei circa infirmos quos creauit. Require capit. xliiij. Matthei. xij.

## Capit. vigeſimūſextum.

¶ De blaſphemia in deū.

Blaſphemi acerbitatē punitionis ſubeunt.
Iniquitatē trāſgreſſionis cōmittūt
Benignitatē correptionis omittūt
Sublimitatem elationis p̄mittūt.
Malignitatem detractionis immittunt.

Blaſphemi in deum grauiter puniuntur: ꝛ iam in preſenti ꝛ tamen propter hoc non dimittunt multi. Nam filius mulieris iſraelite: q͛ blaſphemauerat deū iuſſus eſt a dn̄o lapidari. Leui. xxiiij. Uir dei dixit ad regē iſrael qui dixerat. Deus montium dn̄s ꝛ non de⁹ vallium dabo omnem multitudinem hanc grandē in manu tua. iij. Reg. xx. Multū diſplicuerūt dn̄o blaſphemie ſeruorum ſenacherib regis aſſyriorū propter q̄s percuſſit deus. clxxxv. milia hoīz de exercitu eius. iiij. Reg. xix. ¶ Blaſphemi cōmittūt peccatum grauiſſimū ꝛ acriter deū in ſua iniquitate impugnant. Ideo dixit hely filiis ſuis. Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt deus: ſi autez in deum quis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oꝛauit pro eo. vt habetur. i. Regũ. ij.
Multũ aggrauauit nathan pecca-
tum dauid ꝙ fecerat nũcios blaſphe
mare nomen dñi. i. Regũ. xij. Maius
peccatũ neſciuit excogitare impia
hieſabel ꝙ blaſphemiã. vt naboth fa
ceret blaſphemari. iij. Regum. xxi.
¶ Blaſphemi quantomagis repre
hendunt ⁊ reſpõdetur eis tãto peio-
res fiunt ⁊ amplius blaſphemant ꝓ
pter quã cauſam prohibuit Ezechi-
as ne populus reſponderet aliquid
blaſphemis rapſacis. vt habet. iiij.
Regũ. xviij. ⁊ Eſaie. xxxvi. Cũ argu
eret hieremias ꝓpheta populũ: qꝛ
ſacrificabat dijs alienis reſpõderũt
Sermonẽ dñi nõ audiemus ſʒ ſacrifi
crabimꝰ regine celi Hieremie. xliiij.
¶ Blaſphemia ex magna ſupbia et
elatione trahit. Ideo ſupbi ſunt qui
blaſphemãt et maiores ſe dño repu-
tant. Vñ nabuchodonoſoꝛ dixit tri-
bus pueris. Quis eſt dñs q̃ eripiat
vos de manu mea. Hec autẽ dicebat.
quia ſtatuã eius adoꝛare nolebant
Daniel. iij. Holofernes indignatꝰ qꝛ
Achioꝛ dei potentiã commendauit
dixit ei propheta ſti ꝙ iſrael defende
retur a dño oſtendã tibi ꝙ non ſit deꝰ
in t̃ra: niſi nabuchodonoſoꝛ Judith.
vi. Dicentibus iudeis nicanoꝛi. Eſt
deus potens in celo qui iubet cuſto-
diri ſabbatum. Reſpondit ⁊ ego po-
tens in terra q̃ iubeo ſumere arma. ij.
Mach. xv. ¶ Blaſphemant deũ in-
creduli ⁊ infideles detrahentes opi-
bꝰ dei. Unde cũ ieſus eieciſſet demo
nem phariſei clamabãt dicẽtes. In
beelzebub principe demonioꝛum eij
cit demonia. Mat. xij. Lu. x. Pẽden
te xp̃o in cruce pretereũtes blaſphe-
mabãt eũ mouentes capita ſua dicẽ
tes. Vah q̃ deſtruis templũ dei ⁊ i tri
duo redificas illud Mat. xxvij. Cõ-
tradicebãt iudei his que a paulo di-
cebant blaſphemantes Actuũ. xiij.
⁊ xviij.

## Capi. vigeſimũſeptimũ.

¶ De caſtitate ⁊ continentia.
Caſtitas ſocioꝛũ malignitate amit
titur.
Flagelloꝛum acerbitate dimittitur.
Pꝛe cunctoꝛũ vtilitate diligit.
Clericoꝛũ maturitate dirigitur.
Relictoꝛũ ſobrietate acquirit.
Sine moꝛũ equalitate perditur.

Caſtitas ſeruatur in ſocie
tate bonoꝛum ⁊ perditur
in ſocietate maloꝛum. In
cuius ſignũ parentes no-
ſtri dũ in paradiſo fuerunt erant ca-
ſti. ſed poſt ꝙ eiecti fuerunt cõuerſan
tes in terra cognouit adam vxoꝛẽ ſu
am Euam. Gẽn. iiij. Donec dyna fu-
it cũ fratribus ſuis. ⁊ patre fuit caſta
ſed exiens mulieres videre eſt facta
coꝛrupta vt habetur Geneſis. xxxiiij
¶ Caſtitatẽ frangẽtes cõtra prece-
ptum dñi grauiter puniunt. Nã cũ
ſichem violaſſet dynã filiã iacob fra
tres eius ſichem ⁊ patrẽ ⁊ populum
occiderunt. Gẽn. xxxiiij. Poſt debel
lationẽ madianitarũ iuſſit moyſes
coꝛruptas iugulari. ⁊ virgines ſerua
ri Numeri. xxi. Amon ꝓpter defloꝛa
tionẽ thamar ab Abſalone in conui
uio eſt occiſus. ij. Reg. xiij. Poſt vio
lationem vxoꝛis leuite pluſ ꝙ ſexagĩ
ta milia viroꝛum ſunt occiſi Judicũ
xx. ¶ Caſtitas cara eſt ⁊ multũ dili-
genda: ⁊ ſe debet homo moꝛti expo-
nere vt eã cuſtodiat. Ideo ioſeph li
cet eſſet iuuenis ⁊ ſollicitaretur a do
mina. maluit incarcerari et diffama
ri ꝙ perdere caſtitatẽ Geneſ. xxxix.
Judas qui caſtus non erat diligebat
in alijs caſtitatem. Ideo deteſtatus
foꝛnicationem thamar Gẽn. xxxviij.
Sic diligebat ſara caſtitatem: vt di-
ceret. Tu ſcis domĩe. quia nunꝙ cõ-
cupiui virum. Tho. tertio. Graui-
ter fuit ſuſanna moleſtata a ſenioꝛi-
bus: ſed nec famam nec vitam prepo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuit caſtitati Danielis decimotertio Maria non eſt oblita votum caſtitatis tenere. licet angelus diceret ei ꝙ de ea filiꝰ dei naſceretur vt habetur Luce primo. ¶ Caſtitateʒ maxime ſeruare debent ſacerdotes ⁊ miniſtri dei. In cuius figura dicitur ꝙ mundi debent eſſe a mulieribus qui panes ſacerdotales manducarent: vt habetur. i. Regum. xxi. Quādo mulier ſunamitis volebat loqui heliſeo tūc heliſeus mittebat puerum id eſt ſeruum tanꝙ vitans cōſortia mulierum. iiij. Regum. iiij. Propter illud qđ chriſtus dixit ꝙ in alio ſeculo nō nubent neqꝫ nubentur: ſed erūt ſicut angeli dei oſtēditur ꝙ vita miniſtrorum dei in terra debet eſſe caſta: vt ſequatur vitam celeſtium miniſtroruʒ Matthei. xxij. Argumentum eſt caſtitatis prelatis ⁊ clericis ꝙ ſtephanus mulieribus eſt prepoſitꝰ. Actuum. vi. ¶ Caſte debēt viuere relicte ⁊ vidue inter alias mulieres: ⁊ quia caſtitas ē eis difficilior propter voluptates expertas ad eam ſeruādaʒ debent intendere ieiunijs ⁊ orationibus. ideo Iudith poſt mortē viri ſui non cognouit alium virum. ſed cum puellis ſuis clauſa morabat̄ habēs cilicium ſupra lūbos ⁊ ieiunans cunctis diebꝰ. Iudith. viij. Anna vidua fuit caſta que ſteterat cum viro ānis ſeptem tantum et vidua fuit vſqꝫ ad annos octogintaquattuor: que nec deſcēdebat de templo ieiunijs ⁊ orationibus vacans. Luce. ij. ¶ Caſtitas non ſufficit ſola ad ſalutem ſi nō alijs virtutibus ⁊ moribꝰ bonis adornatur. Quod oſtenditur in parabola de decem virginibus vbi tot virgines fatue ⁊ excluſe ſunt. ſed ſapientes introducte ſunt. Quia fatue licet virgines caſte erant. oleū tamen bonorum operum non habebant. vt lucide habetur Matthei vigeſimo quinto.

## Capit. vigeſimū octauū.

¶ De caſu peccati.

Caſu peccati cadunt aliquādo
Preſignati boni a vulgaribus.
Predonati donis ſingularibus.

CAdunt aliquādo viri boni in peccatum ⁊ reputati ſunt ſancti. ideo qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Nā licet primi parentes eſſent in innocentia ſancti in loco tam eminenti ⁊ domino ſatis ꝓpinqui: nihilominus tamen ceciderunt Geneſ. iij. Loth qui bonus fuit inter malos egreſſus a ſodomis cum duabus filiabus ſuis cecidit in peccatuʒ luxurie Gene. xix. Dauid q̄ fuit ſanctꝰ ⁊ electus a deo de graui peccato in grauius cecidit: dum poſt adulteriū in ſeruū dei fidelē homicidiū ꝑpetrauit. ij Reg. xi. Iudas cecidit ⁊ petrus qui erāt diſcipuli xp̄i ⁊ ſocij. quia vnꝰ tradidit eū. ⁊ alter negauit eū. Matth. xxvi. ¶ Cadunt aliqn̄ in pctō homines dotati multis bonis quibꝰ ſe tueri debeāt. Nā angeli ceciderūt q̄ fuerunt creati in celo. dotati multis dotibus. nullam habentes materiā inclinantē ad caſum. vt dicitur. Eſaie. xiiij. Salomon dotatus ſapiētia cecidit q̄ cum amaret alienigenas mulieres idola ꝓpter luxuriā peſſimaʒ adorauit. iij. Reg. vndecio. Fortiſſimus ſamſon qui mandibula mille viros occiderat ⁊ portas apportauerat ciuitatis deceptione muliercule cecidit cecatꝰ ⁊ mortuꝰ ē Iudicū. xv.

## Capi. vigeſimumnonum.

¶ De confeſſione peccatorū.

Confeſſionē peccatorum efficit perfecta accuſatio.
Inficit erecta deſperatio.
Minuit incepta iteratio.
Cōſulit recepta tribulatio.
Perficit accepta reputatio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Confeſſio peccatorum de
bet eſſe accuſatoria ⁊ nul
lum debet excuſare pec-
catum. Ad quod mone-
bat dñs adam vt cognoſceret ⁊ accu
ſaret peccatũ ſuũ ſed ipe retorſit i de
um ⁊ in mulierẽ ⁊ mulier in ſerpentẽ
Geneſ. iij. Reprehenſus dauid a na
than peccatum ſuum patẽter ⁊ hu-
militer eſt confeſſus. ij. Regũ. xij. Si
militer cognouit peccatum numera
tionis populi: ⁊ obtulit ſe pene por-
tande. ij. Regum. xxiiij. Veniebant
ad Johannem omnis populus iuda
confitentes peccata ſua. Matthei.
iij. Marci. i. In cui⁹ figura dixit chri
ſtus leproſis. Ite oſtẽdite vos ſacer-
dotibus Luce. xvij. Predicãte pau-
lo multi veniebant confitentes pec-
cata ſua Actuũ. xix. ¶ Cõfeſſio pec-
catorum debet eſſe cũ ſpe venie: ⁊ nõ
cum deſperatione. Ideo cõfeſſio ca-
in nõ deo placuit nec ipi profuit. quã
tuncunq; peccatum recognouerit.
quia cum deſperatione iniuſta fuit.
Cum dixit Maior eſt iniquitas mea
q̃ vt veniã merear Gene. iiij. Judas
confeſſus eſt peccatum ſuum dicens
Peccaui tradens ſanguinẽ iuſtum
⁊c. ſed ipi non profuit. quia cũ deſpe-
ratione fuit Mat. xxvi. ¶ Confeſſio
peccatorũ debet eſſe cũ propoſito vl
terius non peccandi. Ideo pharao-
ni dicenti. peccaui: nõ profuit illa cõ
feſſio. quia non intẽdebat deſiſtere a
peccato. nec derelinquere duritiam
cordis ſui Exo. x. Simile accidit ſau
li cũ rephenderet eum ſamuel de ino
bedientia ad deum. i. Regũ. xv. Sed
quia dauid dixit illud verbũ. ſcȝ pec-
caui cum intentione vlterius nõ pec
candi. Dixit ei nathan. Trãſtulit do
min⁹ peccatũ a te. ij. Regũ. xij. ¶ Cõ
feſſionem inducit aliqñ tribulatio ⁊
afflictio. cũ eñ homo tribulat̃ cogi-
tat ꝙ pro pctĩs ſuis patit̃ ⁊ dño cõfi-
tetur. Ideo dicit pſalmiſta. Multi-
plicate ſunt ĩfirmitates eorũ poſtea
accelerauerũt: ſcilicet ad cõfeſſionẽ
pſal. xv. Afflicti iſrael ꝑ ſerpẽtes di-
xerunt moyſi. Peccauim⁹. quia lo-
cuti ſumus cõtra te Nume. xxi. Op-
preſſi filij iſrael a philiſteis ⁊ filijs
Amon tũc cõfeſſi ſunt dicẽtes pecca
uimus Judicũ. x. ¶ Cõfiteri debent
hoĩes quantũcunq; iuſti ⁊ ſe peccato
res aſſerere ⁊ reputari. Exẽplo Nee
mie dicẽtis. Ego ⁊ dom⁹ patris mei
peccauimus iniq̃tatẽ fecimus Nee
mi. i. Orans daniel qui erat vir per-
fectus dicebat confitendo peccaui-
mus iniquitatem fecimus. Dañ. ix.
Sextus illorũ ſeptẽ fratrũ qui pro
dño ſuſtinebant martyriũ dixit. Hec
patimur. quia peccauimus: vt dicit̃
ij. Macha. vij.

## Capitulum trigeſimũ.

¶ De confidentia.
Confidẽter debent hoĩes delinquen
tes prohibere arguendo.
Audiẽtes adhibere referendo.
Inſurgentes cohibere fugiendo.
Vera gẽtes edocere diſſerẽdo.
Indigẽtes ſe prebere in petendo.
Obſequẽtes ſe exhibere parẽdo.

Confidens debet eſſe ho-
mo ad redarguẽda vitia
⁊ peccata. Ideo confidẽ-
ter arguit moyſes contra
pharaonẽ. vt habetur Exodi. v. ⁊ in-
fra. Audacter ⁊ cõfidenter ſed diſcre
te nathan arguit Dauid de peccato
ij. Regum. xij. Helyas confidẽter re
prehendit achab dicẽs. Nõ ego tur-
bo iſrael. Sed tu. iij. Regum. xviij.
Stephanus audacter et confiden-
ter arguit iudeos de peccatis eorũ
dicens. O dura ceruice et incircun
ciſi cordib⁹ ⁊ aurib⁹: vos ſemper ſpi
ritui ſancto reſtitiſtis. vt clare ha-
betur Actuum ſeptimo. Paulus
preſente proconſule Elyman ma-
gum acriter reprehendit: lumi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neqꝫ priuauit. Actuum. xiij. Confidē
ter debet homo referre ⁊ nūciare au-
dientibus que annunciāda ſunt. Jō
Helias confidenter retulit Ochozie
regi. Hec dicit dn̄s de lectulo quem
aſcendiſti non deſcendes: ſed morte
morieris. iiij. Reguꝫ. i. Helyſeus ma
gne cōfidentie dixit ad Joram regē.
Quid mihi ⁊ tibi. Uade ad prophe-
tas patris tui ⁊ matris tue. iiij. Re-
gum. iij. ¶ Confidēter ⁊ audacter de
bet homo pugnare pro iuſtitia: et in
prelijs puſillanimes adiuuare: ⁊ ani
mare ſicut Ezechias cōfidenter bel-
latores ad bellū cōfortabat dicens.
Uiriliter agite ⁊ confortamini noli-
te timere. ij. Paralip. xxxij. Magne
fuit conſtantie Neemias qui ab ini-
micis nō potuit terreri Neemie. xlvi.
Judith mulier fuit valde magnani-
mis quādo decapitabat holofernē.
Judith. xiij. Judas dixit ſocijs timē
tibus multitudinem hoſtium. Abſit
vt fugiamus. i. Machabeorum. ix.
Pugnante Jonatha fugerunt ſocij:
ſed videntes eum fortiter preliari re
uerſi victoriam habuerūt. i. Macha
beorum. xi. Confidenter debet homo
loqui ⁊ predicare publice veritatem
nec timore nec alia cauſa declinare
ab ea: ſicut mardocheus non declina
uit a veritate diuini cultus adoran-
do amon ⁊ confidenter verbi verita-
tem loquebatur regie. Heſter. iiij. Ce
cus illuminat⁹ a domino audacter
confitebatur phariſeis miraculi ve-
ritatem vt lucide habetur Joannis
ix. Sanctus petrus qui prius ad vo
cem ancille negauit chriſtum: Rece
pto ſpirituſancto ſic confortatus eſt
vt audacter corā toto collegio iudeo
rum confiteretur eum. Actuum. ij. ⁊
iiij. Magnanimis ⁊ audax fuit Pau
lus predicando coram magiſtratib⁹
⁊ ciuibus: ⁊ coram multis iudicibus
veritatem. Actuū. xvi. xix. ⁊. xx. Con
fidenter debet homo petere quod iu
ſtum eſt maxime. ſic confidenter peti
it Berſabee a Dauid ꝙ ſalomon fili
us ei⁹ regnaret: vt publice habetur
tertij Regum primo capi. Audacter
ſed indiſcrete petijt mater filiorūꝫ ze
bedei ꝓ filijs ſuis eos ſedere cū chri-
ſto. Matth. xx. Magna fiducia muli
er chananea filie liberationem a do-
mino poſtulauit. Matthei. xv. Cum
magna fiducia petijt Joānes prodi
torem ſibi a domino reuelari. Joan-
nis. xiij. Joſeph audacter introiuit
ad Pylatum ⁊ petijt corpus chriſti
Matthei. xxvij. ¶ Confidenter ⁊ au
dacter debet homo ſe parare ad obe
dientiam prelatorum ⁊ vſqꝫ ad mor-
tem: ſicut Thomas volens obedire
chriſto dicenti. Eam⁹ in iudeam ite-
rum: alijs diſcipulis dicētibus dixit
Eam⁹ ⁊ nos moriamur cum illo. Jo
annis. xi. Petrus dixit magiſtrati-
bus. Obedire deo oportet magis ꝙ̄
hominibus. Actuum. v. De hac ma
teria querant plura capitula de for-
titudine capit. v. per totum.

## Capi. trigeſimūprimum.

¶ De compaſſione proximi ad pri-
mum.

Compati debet homo carceratiſ eos
liberando.
Tribulatis eos cōfortando.
Fatigatis eos ſubleuādo.
Morti datis eos deplorādo.
Obſtinatis eos ſupportando.
Uiduatis eos cōſolādo.
Secum natis eos adiuuādo.
Re priuatis res eis dādo.
Infirmatis eos viſitādo.
Euagatis eos hoſpitādo.

COmpati debet homo
captiuis et eos pro poſ-
ſe liberare ſicut abrahaꝫ
audiens captiuum loth

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ei compatiēs velociter ⁊ viriliter iu
uit eum. Geneſis.iiij. Filij iſrael du-
centena milia mulierum ⁊ pueroruz
captiuorum habētes veſtierunt ⁊ re
miſerunt eos: ecce q̃ta compaſſio.ij.
Paralipo.xxviij. Thobias multuz
compatiebatur captiuis paſcens ⁊
redimēs eos. Thobie.i.⁊.ij. Abyme
lech compatiens Hieremie in lacuz
miſſo procreauit liberare eum. Hie-
remie.xxxviij. Darius audiēs in la-
cu leonum eſſe Danielem pre dolore
dormiuit in cenatus. Danielis.xiiij.
¶ Compati debet homo omnib⁹ tri
bulatis ⁊ conſolari eos verbis et fa-
ct;. Sicut ruben et iudas compatiē
tes tribulato Joſeph nitebantur li-
berare eum. Geneſis.xxxvij. Dū Je
zabel perſequeretur propheta s: pro
pheta domini abdias compatiens
abſcondit ab eis centum: vt habetur
iij. Reguz.xviij. Heſter audita tribu
latione populi ſui compatiens eis
ſe morti expoſuit: vt liberaret eos
quod et fecit. Heſter ſeptimo. Diſci-
puli compatientes cananee tribula
te pro filia: pro eius exauditione do-
minum rogauerūt. Matthei.xv. Et
vidit Jeſus mariam flentem et pro-
pter mortem lazari tribulatam com
patiens ei fleuit ⁊ lazarum a mortu-
is ſuſcitauit. Joannis.xi. Pendens
chriſtus in cruce habuit compaſſio-
nem de matre quam videbat in ani-
ma crucifigi. Joannis.xix. ¶ Com-
pati debet homo fatigatis ⁊ eos re-
focillare ſi poteſt. Ideo gedeō cōpa
tiens ſocijs fatigatis poſtulauit pro
eis panes. Judicum.viij. Dauid cō-
patiens laſſis ſocijs non valentibus
ire ad bellum et remanentibus ad
ſarcinas cōſtituit ꝙ equa eſſet pars
eorum ſicuti bellatorum.i. Regum.
xxx. ¶ Compati debet homo mortu
is ⁊ ſpecialiter mortuis in malo ſta-
tu anime vel mortuis cōtra iuſtitiaz
Ideo filij iſrael compatientes bēia-
min ⁊ filijs ſuis in eorū excidio ama
re fleuerunt: licet ab eis fuerint gra-
uiter offenſi. Judicū.xxi. Doluit da-
uid de occiſione abſalon compatiēs
⁊ ſciens eū eſſe damnatū.ij. Regum.
xviij. Antiochus licet eſſz malus au
diens Oniam iniuſte eſſe occiſuz cō-
patiens fleuit.ij. Machabeorū.iiij.
¶ Compati debet homo peccatori-
bus obſtinatis et ſe iniuriātibus eis
benigne parcendo ⁊ ſupportando: ſi
cut ſamuel lugebat Saul regē ei cō
patiēs quē ſciebat a deo reprobatuz
vt habet.i. Regum.xv. Contra nolē
tes delinquentibus compati et ſe in
iuriantibus parcere propoſuit chri
ſtus parabolam de ſeruo nequā cui
dominus mlta dimiſerat ⁊ ipe nolu-
it dimittere pauca. Ideo dn̄s dedit
eum tormentis et ſibi quod dimiſe-
rat repetiuit: vt habetur Matthei.
xviij. ¶ Compatiendum eſt relictis
⁊ viduis eas dulciter conſolando.
Ideo helyas benigne accepit verba
vidue ſatis dura et ei compatiens fi
lium ſuſcitauit.iij. Regum.xvij. Si-
militer compaſſus eſt Helyſeus vi-
due debitis obligate oleum augmē
tando.iiij. Regum.iiij. Magnum do
lorem habuit Onias ſacerdos quā-
do vidit ab heliodoro templum ſpo-
liari in quo erant depoſita viduarū.
ij. Macch.iij. Vidit Jeſus flentē vi-
duam compatiens cōſolatus eſt eā
et eius mortuum filiū ſuſcitauit. Lu
ce ſeptimo. Petrus videns flere vi-
duas pro morte thabite que alebat
eas eis compatiens ſuſcitauit eam:
vt eis iterum alimenta preberet.
Actuū.ix. ¶ Compati debet homo
ſingulariter patrie et natis in ea: et
quando videt eaz eſſe in periculo vel
in malo ſtatu. Ideo Neemias audi-
ens malum ſtatum hieruſalem fle-
uit diebus multis ⁊ tandez cōſiliuz



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

⁊ auxiliũ arripuit opportunũ. Hiere-
mie.i. poſtea magnam compaſſionez
habuit Hieremias de deſtructõe ſue
ciuitatis plorans ⁊ vlulans ſup eaz.
Threnorum.i. Saluator vidẽs ciui-
tatẽ hieruſalem deſtruendam fleuit
compatiens ſuper illam. Luce.xix.
¶ Cõpati debet hõ pauperibus priua-
tis temporalibus bonis et eis in ne-
ceſſitatib⁹ ſubuenire. Ideo dicebat
Job. Auris audiẽs beatificauit me
eo ꝙ pauperez liberaſſem Job.xxix.
Multũ valet ad cõpatiendũ paupe-
ribus: ꝙ diſceptatio futuri iudicij ſo-
lum de operib⁹ miſericordie fiet ex-
hibitis ⁊ nõ exhibitis pauperibus ⁊
egenis vt habet Mat.xxv. Miſert⁹
eſt dñs turbe que eum expectauerat
tribus diebus. Et ita pauperes erãt
ꝙ non habebant quid manducarẽt:
⁊ eis compatiẽs de quinqȝ panibus
et duobus piſcibus ſatiauit. Joan-
nis ſexto. ⁊ Matthei decimo. Simi-
liter cum ſeptem panibus ſatiauit
quaſi quattuor milia hominũ. Mar-
ci.viij. ⁊ Matthei.xv. ¶ Compati
debet homo infirmis ⁊ eos ꝗtuz po-
teſt iuuare debet. Sic compaſſus eſt
ſamaritanus homini vulnerato alli-
gans eius vulnera et imponens iu-
mento. Luce.x. Petrus videns fle-
re viduas pro morte thabite que ale-
bat eas eis compaſſus eſt. Actuum
ix. Quia diues epulo nõ eſt compaſ-
ſus Lazaro vulnerato: Ideo ſepult⁹
eſt in inferno. Luce decimoſexto. Mul-
tum compaſſus eſt ſaluator ſurdo et
muto: quando ingemuit et ſanauit
euz. Matthei.ix. ⁊ Marci.vij. Quo-
tiens chriſtus ex compaſſione infir-
mos ſanauit. quere de miraculis ca-
pit.lxxxiiij. Matthei.xij. ¶ Compa-
ti debet homo peregrinis et eos va-
gos recipere: et hoſpitari ⁊ reficere
quando poteſt. Sic cõpaſſus ẽ abra-
haz angelis quos credebat homĩes
peregrinos. Geneſis.xviij. Loth eti-
am compatiẽs peregrinis angelos
quos credebat eſſe homĩes in hoſpi-
tium introduxit. Geneſis.xix. Duo
diſcipuli euntes in emaus compati-
entes peregrino eum ad hoſpitium
coegerunt. Luce.xxiiij. Quomodo
autem recipiendi ſint peregrini ⁊ cũ
compaſſione caritatiue tractandi.
quere infra capi. de peregrinis. cap.
c. per totum.

## Capit. trigeſimũſecundũ.

¶ De conſilijs bonis.

Conſilijs acquieſcendum eſt:
Angelorũ viriliter erudientiũ.
Coniunctorum humiliter admonẽ-
tium.
Peritorum ſalubriter inſtruentiũ.
Sociorũ fideliter cõſulentiũ.
Aduerſorũ vtiliter edocentiũ.

Conſilijs angelorũ ⁊ ſan-
ctorum acquieſcendũ eſt
Ideo legitur ꝙ ãgeli de-
derunt conſilium loth et
vxori eius: qð quia vxor non tenuit
verſa eſt in ſtatuam ſalis. Gene.xix.
Loth etiam quia non ſtatim aſcẽdit
in montẽ qð angeli conſuluerunt du-
plicem inceſtum commiſit: quia cuz
duabus filiabus ſuis peccauit. Ge-
neſ.xix. ¶ Cõſilijs bonis cõſangui-
neorum non acquieſcentes pereunt
vel male eis accidit. Sicut generi
Loth quia nõ crediderunt Loth ſo-
cero ſuo cum ſodomitis perierunt.
Gene.xix. Quia fratres ioſeph ru-
bẽ non crediderunt eius conſilio ve-
nit ſup eos turbatio. Gene.xlij. Ru-
ben conſuluit fratribus ꝙ redderẽt
Joſeph patri ſuo qui non acquieue-
runt. Gẽn.xxxvij. Filij beniamin nõ
crediderunt filijs iſrael conſulenti-
bus poſt ſcelus cõmiſſum. ideo peri-
erunt: vt habetur Judic.xx. Bonuz

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

conſilium dedit pylato vxor ſua: ſed
ſed ip̄e non credidit ⁊ occidit chriſtū.
Matthei.xxvij. ¶ Conſilium ſapiē
tum ſeruandū eſt. Ideo dicebat filio
Thobias. Conſilium ſemper a ſapi-
ente ꝑquire: vt dicitur Thobie. iiij.
Qui non credit conſilijs ſapientum
perit: ſicut filij iſrael q̄ noluerunt cre
dere Moyſi ſapienti: ⁊ experto dicē
ti non aſcendatis. ideo victi fuerunt
Numeri.xiiij. Roboam quia non te
nuit conſilium ſapientum perdidit
maiorem partem populi.iij. Reguꝫ
xij. Daniel ſapientia dei plenus da-
bat bonum conſilium Nabuchodo-
noſor ꝙ peccata ſua elymoſinis redi
meret: ſed ip̄e non credidit. Ideo in
beſtiam eſt mutatus. Danielis. iiij.
Ioſeph ⁊ azarias non crediderūt cō
ſilio ſapiētis iude. Ideo perdiderūt
duo milia virorum.i. Machabeoruꝫ
v. ¶ Conſilijs amicorum et ſocioruꝫ
credendum eſt. Nam fidele conſiliū
dabat achior holoferni cuꝫ quo erat
in exercitu: ſed quia non credidit oc-
ciſus fuit. Judith. v. Godolias q̄ nō
credidit conſilijs Johannan vt ſibi
caueret mortē meruit Hieremie. xl.
⁊.xli. Judas cum paucis pugnatu-
rus cum multis non credidit. ideo ꝑ
didit vitā.i. Machabeorū.ix. ¶ Cō-
ſilium non ſolum amicoꝝ: ſed etiam
inimicorum tenendum eſt ſi eſt vtile
Nam abſalon non credidit achito-
fel. Ideo poſtea a Joab tribus lāce-
is eſt percuſſus.ij. Reguꝫ.xviij. Cōſi
lium Abner ſpernens azahel: vt deſi
ſteret perſeq̄i eum: ſed ſcip̄m deſpi-
ciens lancea eſt trāſfoſſus.ij. Regū.
ij. de hoc quere.xliiij. capit.

## Capit. trigeſimūtertium.

¶ De conſilijs malis.
Cōſiliū malū procedit a feminis de-
cipientibus.
A ſubditis contradicentibus.
A reprobis male loquentibus.
A callidis vana docētibus.
A cupidis lucra querētibus.

Conſilium malarum mu
lierum deteſtandum eſt
nec acquieſcendum eſt
eis Nam Eua male con
ſu luit et perſuaſit viro vt ligni veti-
ti fructum manducaret: quod et fe-
cit. Ideo ameniſſimum locum para
diſi perdidit. Gen̄.iij. Domina cui
ſeruiebat ioſeph male conſulebat et
ſuadebat ei: vt caſtitatem perderet.
Gen̄.xxxix. Mulieres ſuis ꝑſuaſio-
nibus peruerterūt cor ſalomonis vt
adoraret idola: vt habetur.iij. Regū
xi. Athalia mater ochozie regis iu-
da ingreſſa viā domus achab impu
lit eum: vt male ageret.ij. Paralip.
xxij. Stultum conſilium dedit Job
eius vxor: ſed ip̄e tanq̄ ſapiens ⁊ ſan
ctus nō acquieuit ei. Job.ij. Nephā
dum conſilium dedit Herodias filie
dicēs. Nihil aliud petas: niſi caput
iohannis. Matthei.xiiij. ⁊ Mar.vi.
¶ Conſilium malum aliquādo dāt
ſubditi principib⁹ ⁊ prelatis vt eos
venire faciant in ſcandalum ⁊ in ma
lum ſic populus iſrael male conſulu
it Aaron: vt faceret eis vitulum au-
reum quem adorauerunt quib⁹ Aa-
ron ſtulte credidit ⁊ ſcādalum incur
rit. Exodi.xxxij. Artaxerſes perſua
ſus a ſubditis emulis iudeorum pro
hibuit fieri opus templi.i. Eſdre.iiij
Filij Amon male ſuggeſſerunt regi
ſuo vt dehoneſtaret nuncios Dauid
propter quod ſcandalum et odium
fuit inter ipſos reges generatum.ij.
Regum.x. ¶ Conſilium malū dant
peruerſi homines ⁊ faciūt alios ca-
dere in periculum et peccatum. Si-
cut Balaam conſuluit Balach: ꝙ
filios iſrael faceret fornicari ⁊ iram
dei icurrere. Nume.xxiiij. Jonadab
c.ij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iniquum cõſilium dedit amon vt vio
laret thamar ſororem ſuam.ij.Reg.
xiij.Amici Amon male conſuluerũt
vt pararet ſuſpendium mardocheo
in damnum ſuum.Heſter.v.In diebꝰ
antiochi aliqui peruerſi ex filijs iſra
el pſuadebãt alios deſerere dominũ
dicentes.Eamus ⁊ diſponamꝰ teſta
mentum cum gentibꝰ que circa nos
ſunt.i.Mach.i.Helymas magus ꝑ
uerſe proconſuli conſulebat vt non
crederet verbis Pauli.Actuũ.xiij.
Cum eſſet Paulus ⁊ Barnabas in
magno honore quidam peruerſi ſua
ſerunt populis:vt lapidarent eos.
Actuũ.xiiij.¶Cõſilium malum ali
quãdo dant mũdani ſapientes.quo
rũ deus ſtultã fecit ſapientiam.Sic
nephandũ conſilium dedit Achito
fel abſaloni et tamen erat conſilium
eius illis diebus quaſi conſiliũ dei
ita ſapientis ꝙ omnes excedebat ꝑ
ter deum.ij.Regum.xvij.Sapiẽtes
pharaonis dederunt conſilium inſi
piens:vt habetur Eſaie.xxi.Recto
res populi ⁊ ſapientes conſuluerũt
ſedechie ꝙ occideret Hieremiã Hie
remie.xxxviij.Ad malam ſuggeſtio
nem ſatraparum ſtatuit rex perſa
rum decretum Danielis.vi.¶Con
ſilium malum dant cupidi et auari
propter auaritiam.Sicut Menela
us iniquum conſilium dedit Andro
nico vt occideret oniam ſacerdotez.
vt ipe haberet ſacerdotium.ij.Ma
chabeo.iiij.Ptholemeus corruptꝰ
pecunia conſuluit andronico ꝙ me
nelaum abſolueret.Et faceret oni
am occidi:⁊ iuſtos ſuos accuſatores
occideret.ij.Machabeorũ.iiij.Que
ſtores perdito queſtu.perſuaſerunt
magiſtratibus et fecerunt paulum
cedi virgis.Actu.xvi.

## Cap it.trigeſimũquartum.
¶De cõſolationibus diuinis.

Conſolatur dominus viriliter pati
entes.
Humiliter obſequentes.
Salubriter penitentes.
Fideliter cõfligẽtes.
Hoſtiliter ſubſidentes.
Utiliter incedẽtes.

Conſolatur dominus obe
dientes mandatis eius.
Ideo Abrahã poſtꝙ exi
uit de terra ſua ad mãda
tum dñi:dñs conſolatus eſt eũ diuer
ſis apparitionibus Gene.xv.⁊.xvij.
Filijs iſrael qui obediẽtes deo exie
rũt de egypto vt ſacrificarẽt in deſer
to:miſit dñs conſolationem:quãdo
pluit eis in deſerto manna ⁊ carnes.
Exodi.xvi.¶Conſolat̃ dñs tribula
tos poſt tẽpeſtatẽ tribulationis dãs
tranquillũ cõſolationis.iuxta illud
quod dicebat.pſal.Scdm multitu
dinem dolorum meorũ in corde meo
conſolationes tue letificauerũt ani
mam meã.Ideo fugiẽte Jacob a fa
cie fratris ſui deus eſt cum multipli
citer conſolatꝰ in ſomnio Geñ.xxviij.
Moyſi exulanti apparuit dominus
in deſerto cõſolans eum ꝙ non acci
dit ei in domo pharaonis:vt habet̃
Exo.iij.Luctum iudeorum dñs con
uertit in gaudium:qñ per heſter fue
runt a tãto periculo liberati.Heſter
ix.Notabile eſt ꝙ filij iſrael tpe tri
bulationis.ſcʒ captiuitatis babylo
nice habuerũt plures prophetas ꝙ̃
tpe ſalomonis in quo fuerunt in ma
gna proſperitate.ſcʒ Hieremiam in
iudea Hiere.i.Ezechielem ⁊ Danie
lẽ in Chaldea.Ezechielis.iiij.⁊ Da
nie.iiij.Paulus ſentiebat multas
conſolationes diuinas in tribulatio
nibus ſuis.vnde dicebat.Sicut abũ
dant tribulationes chriſti in vobis
ita per chriſtum abundet conſolatio
noſtra.ij.Corinth.i.Joannes exul ⁊
tribulatus in pathmos plures viſio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nes et conſolationes habuit ꝙ in ꝓ-
ſperitate cum xp̄o habuerat. Apoc.
per totum. ¶ Conſolat̄ dn̄s peniten
tes in multis tribulationibus et ne-
ceſſitatibus et temptationibus que
in penitentia accidunt. In cuius fi-
gura moyſes qui ieiunauit in mōte.
xl. diebus ⁊. xl. noctibus cibatus fu-
it diuina conſolatione. Exodi. xxiiij.
In huius etiam figura Helyā in tor
rente coruis precepit: vt paſceret. ij.
Regū. xxvij. Saluator etiā diſcipu-
los exiſtentes in mari quod p̄n̄iam
ſignat cū haberent ventū ſcʒ tēpta-
tiones cōtrariū igreſſus ad eos ip̄os
eſt multipliciter cōſolatus. Matth.
viij. Paulus etiam volēs cōfortare
eos q̄ erāt ſecū in naui: ſimilit̄ cū ven
to cōtrario ait. Aſtitit mihi angelꝰ
dn̄i dicēs. Ecce donaui ⁊ ſaluaui oēs
q̄ nauigant tecū. Actu. xxvij. ¶ Cō-
ſolat̄ deꝰ preliātes pro fide ⁊ iuſtitia
adiuuans et ꝯfortans eos in pugna
Sic cōfortatus eſt Joſue dicēs. No
li timere non dimittam te cōfortare
⁊ eſto robuſtꝰ Joſue primo. Macha
beus et qui cum eo erant videntes ſi
bi adiutoriū miſſum a domino et du
ce letati ſunt ⁊ benedixerunt domio
et confortatis animis conualuerūt.
ij. Machabeorum. xi. ¶ Conſolatur
deus obſeſſos corporaliter ⁊ ſpecia-
liter ab hoſtibus et carceri mācipa-
tos: ſic cōſolatus eſt ezechiam regē
q̄n interfecit per angelū. clxxxv. mi-
lia virorūʒ de exercitu ſēnacherib re
gis aſſyriorum obſidentiū: ⁊ eſt libe
ratus. iiij. Reguʒ. ix. Filios iſrael ob
ſeſſos ab Holoferne in bethulia con
ſolatus eſt in victoria eorum per ma
num femine iudith. Judicū. x. ⁊. xiij.
Petrum incluſum in carcere hero-
dis cōſolatus eſt per angelum ſuum
liberās eū. Act. xij. Paulū ⁊ ſylamū
poſitos i carcere dn̄s miſſo terremo
tu conſolatus eſt frangens vincula
⁊ liberans eos: vt habet̄ Actuū. xvi.
Paulū ſolū poſitū in cuſtodia clau
dij dn̄s ꝓuiſionē ſuā cū mirabilit̄ ꝯſo
latus eſt. Act. xxiij. ¶ Conſolat̄ dn̄s
iuſtos vtilia opa facientes. Sic cō-
ſolatus eſt Thobiā ⁊ ſarrā liberādo
a demonio q̄ viros eiꝰ occidebat: vt
habetur Thobie. viij. Danielē iuſtū
bis poſitum in lacu leonum dn̄s cō-
ſolatus eſt ꝑ angelū ⁊ abacuc. Dan̄.
vi. ⁊. xiiij. Suſannā q̄ adulterio nole
bat cōſentire morti damnataʒ dn̄s ꝑ
Danielē liberauit. Dan̄. xiij. Imple
uit dn̄s promiſſum cōſolatorem apo
ſtolis q̄n in penthecoſten ſpiritū ſan
ctū miſit. Actu. ij. De eccl̄ia dicit̄ ꝙ
edificabat̄ in timore dn̄i: ⁊ cōſolatio
ne ſp̄ūſ ſancti. Actuū. ix.

## Capit. trigeſimūquintum.

¶ De cōpaſſione ad deū.

Contēplatione ad deum illuſtrātur
penitētes in religione.
Quieſcentes ab occupatione.
Recedētes ab occupatione.
Preſidentes in prelatione.
Abſtinētes in comeſtione.
Cōſiſtentes in oratione.
Patientes in tribulatione.

C Ontēplant̄ deū ⁊ illuſtrā
tur viri religioſi q̄ relicta
patria ⁊ parētibꝰ vadunt
in terraʒ religionis ſibi a
deo mōſtratā vt liberius cōtemplen
tur. In cuiꝰ figura poſtꝙ egreſſus ē
Abrahā de terra ſua et de cognatiōe
ſua ⁊ venit in terrā quaʒ monſtrauit
ei dn̄s in feruore cōtemplans appa-
ruit ei dn̄s. Gen̄. xv. Helye fugienti a
facie Jezabel. i. religioſo a facie car
nalitatis oſtenſum eſt: ꝙ dominꝰ nō
erat in ſpiritu grandi. i. ſuperbie nec
in commotiōe. ſ. auaritie nec in igne
i. luxurie: ſed in ſibilo auris. i. quiete
contemplationis. iij. Regū. xix. Joā
ne ſequeſtrato a conſolatione mun-

clana reuelata ſunt celeſtia: vt habe
tur Apoca. per totũ. ¶ Contẽplari
poſſunt deũ viri mẽte ⁊ corpore quie
ti: nõ diſcurrentes nec vagabundi: ſi
cut eſau vir vagus non habuit bñdi
ctionẽ patris: ſed Jacob domi rema
nens benedictionem recepit ⁊ reue-
lationes plures habuit. Gen. xxvij.
Itẽ iacob requieſcens ſup lapidem
poſt ſolis occaſum vidit ſcalam ⁊ an
gelos deſcendentes et aſcendentes.
Geneſ. xxviij. Sara cum ancillis ſu
is aſcendit in ſuperius cubiculũ: vt
oraret ⁊ cõtemplaretur. Thobie. iij.
Daniel ingreſſus eſt domum ſuam ⁊
de nocte reuelatum eſt ei myſterium
Danie. iij. Notabile ẽ ꝙ maria que
quiete ſedebat ad pedes dñi ꝑponit̃
marthe que miniſtrabat ei. Luce. x.
Cum Petrus oraret in ſuperiori do
mo reuelatum eſt ei gentiles nõ abij
ciendos. Actuum. x. ¶ Contempla
ri volentes liberius neceſſe eſt eſſe ſo
litarios ⁊ a turba remotos. Sicut
Iſaac habitans in terra auſtrali re-
licta familia egreſſus eſt ad meditã
dum in agrũ. Gene. xxiiij. Poſt trãſi
tum fluminis iacob ſolus remãſit et
contemplatus eſt angelum luctan-
tem ſecum. Gene. xxxij. Helyſeus qñ
voluit orare pro filio ſunamitꝭ remã
ſit ſolus ⁊ clauſit oſtiuz. iiij. Reg. iiij.
Dauid ꝯtẽplaturus dicebat. Quis
dabit mihi pẽnas ſicut colũbe et vo-
labo ⁊ requieſcam. Ecce alõgaui fu-
giens et mãſi ĩ ſolitudine: ⁊ expecta
bam cũ qui ſaluũ me fecit. ps. v. Di-
miſſa turba Jeſus aſcendit in mõtez
ſolus orare in quo dat exemplũ fugi
endi turbas. Matthei. xiiij. ¶ Con-
templant̃ deuz ꝑlati debite ꝑlatiõis
officium exercentes. In cuius figu-
ra moyſes paſcens oues caſꝙ indu-
cens ad interiora deſerti contempla
tus eſt deum in flãma rubi ardentis:
ſic ꝑlatus ducens populũ ad aſperã

penitentiã: deinde contemplatur vt
habetur Exodi. iij. Jetro dixit moy-
ſi ꝙ eſſet in populo in his q̃ ad deum
pertinent: id eſt doctrina cõtẽplatio
nis. Exodi. xviij. Prelato aſcenden
te in montẽ cõtemplationis reuelat
dñs ꝙ debeat populo nũciare ſeruã
da. Sicut reuelauit moyſi quãdo ꝑ-
cepta ⁊ cerimonias ei dedit in mon-
te. Exodi. xx. Loquitur dominꝰ pre-
latis in contemplatione: ſicut loque
batur moyſi facie ad faciem vt ami-
cus amico. Exodi. xxxiij. Zachari-
as ingreſſus templum et offerens ſa
crificium contemplatus eſt angeluz
nunciantem. Luce. i. ¶ Cõtemplan
tur deum non crapuloſi ⁊ ebrioſi: ſed
ieiunantes ⁊ ſobrij. Ideo moyſes ſte
tit cum dño in monte contemplãdo.
xl. diebus panẽ non manducãs et a-
quam non bibens. Exo. xxiiij. Hely-
as ieiunans contemplatus eſt ange
lum qui pauit euz ſpirituali cibo qui
ambulauit in montem dei. iij. Regũ.
xix. Sara vt vacaret liberiꝰ oratio-
ni ⁊ contemplationi tribus diebꝰ ie-
iunauit non manducans neꝗ bibẽs
Thobie. iij. Danieli ieiunanti et abſ
tinẽti oſtendit deus mirabiles viſio
nes in eius contemplatione. Danie
lis. ij. Ad ſaluatorem noſtruz poſt ie-
iunium acceſſerũt angeli ⁊ miniſtra-
bant ei. Matthei. iiij. Saulus ꝓſtra
tus et excecatus ieiunans per tridu
um vidit mirabiles viſiones: ⁊ tunc
raptus creditur eſſe in tertiũ celum
et ibi audiuiſſe ⁊ vidiſſe ſecreta dei.
Actuũ. ix. ¶ Contemplari debet ho
mo deum orando: ⁊ deum in eccleſia
horis debitis collaudãdo. In huius
figura Samuelẽ dormientẽ in tem-
plo: id eſt in oratione contemplantẽ
dominus vocauit. i. Regum. iij. Duz
cantarent pſallentes ante Heliſeuz
facta eſt ſuper eum manꝰ domini et
prophetauit. iiij. Regũ. iij. Dixit an

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gelus Danieli oranti: egreſſus ſum vt docerem te et intelligeres. Danielis.ix. Orātibus apoſtolis in die pē thecoſtes deſcendit ſpirituſſanctus et illuſtrauit eos Actuum.ij. ¶ Contemplant᷑ deum tribulati pro liberatione tribulationum: ⁊ ſic contēplabatur Judith quādo videns tribulationem ciuitat; ſue ingreſſa oratorium et in cinerem ſe proſternens orauit. Judith.viij. Heſter videns ſuum populū in tanta tribulatione ⁊ periculo poſitum: vt parū abfuerit quin totus perierit depoſitis veſtibus regijs induit ſe ſacco et feruenter orās et cōtemplans orauit pro liberatiōe populi. Heſter.iiij. Ezechiele ſtāte in medio captiuorum facta eſt ſup eum manus dñi Ezechielis.i.

## Capit. trigeſimumſextum.

¶ De correctione fraterna.
Corrigendi ſunt fratres et proximi:
Ex intentione miſerendi.
Cum diſcretione arguēdi.
Sine mēte reſiſtendi.
Sub affectione diligendi.
Cōminatione puniēdi.
Executione puniēdi.
In contemplatione dirigendi.

Correctio fraterna ē op᷒ miſericordie et pietatis ſpiritalis: et eſt opus magis meritorium ꝙ miſericordia corporalis: quia corporalis lucratur vitam corporalem ſpiritualis vero vitam anime. Unde abrahā poſtꝙ iurauit abymelech facere ſecum miſericordiam ſtatim increpauit eum. Geneſis.xxi. Magnam miſericordiam fecerunt ruben ⁊ iudas arguentes fratres ſuos volētes inf᷑ficere ioſeph: q2 fratres retraxerunt a fratricidio: ⁊ ioſeph fuauerūt vitā Geñ.xxxvij. Fineēs ⁊ ſocij miſericorditer egerūt: q2 arguerunt frēs ſuos ꝗ edificauerūt altare in ſcandalum filiorū iſrael: ⁊ eos conuerſos miſericorditer ſuſceperūt ſatiſfactionē acceptantes. Joſue.xxij. Miam duplicē fecit ionathas qñ patrē reprehendendo tēperauit: ⁊ Dauid protūc liberauit.i.Reg.xix. Perfectā regulā dedit dñs Petro dicēs. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. Et ſi audierit te lucrat᷒ es fratrē tuū. Matthei xviij. ¶ Correctio fraterna debet fieri benigne: diſcrete et charitatiue et talis correctio deducit hoīes errantes ad vitā veritatis ⁊ pacis: ⁊ ſic benigne ⁊ diſcrete cōpeſcuit abraham iurgiū int᷑ paſtores loth et paſtores ſuos. Gene.xiij. Non cū furore arguit nathan Dauid de adulterio ⁊ homicidio dicens peſſime feciſti: ſed cū diſcretione aſſumpta ſimilitudine illaqueauit eum verbis oris ei᷒ ⁊ conuertit.ij.Regum.xij. Similiter vnus de filijs ꝓphetarum rephenſurus regē iſrael diſcrete ſimilitudinē propoſuit ⁊ regē cōuertit.iij.Reg.xiij. Benigne rephendit Judith ciues ſuos ⁊ fecit eos ab īcepto propoſito remoueri. Judi.vij. Quia petrus diſcrete arguit quoſdā irridentes apl'os. Jō cōuertit eos. Actu.ij.et.iij. Poſt ſanationem claudi oſtēdit petrus quibuſdā eorū cul pā benigne aliqualit᷑ cos excuſans ⁊ dulcia verba dicens. Itaꝗ cōuerſi ſunt quinꝗ milia hoīz Act.iiij. Paulus benigne ⁊ diſcrete arguit romanos conuerſos ad fidez. Ad Romanos tertio. Ob quā cauſam diſcrete arguit ioannes apoſtolus eccleſiaſti cos qui reprehendendo eos de malis que faciebant ſemper memorabatur bona que faciebant vt non deſperarent: ſed magis confortarētur. Apocalipſis.ij.⁊.iij. ¶ Correctio ⁊ reprehenſio non pro-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deſt obſtinati. immo deteriores fiūt.
Ideo dimittendi ſunt ⁊ habēdi tāq̄
heretici ⁊ publicani. vt dicit os veri
tatis. Macha. viij. Satis benigne ⁊
dulciter increpabat loth Sodomi-
tas. ſed obſtinati nō audierūt. Geñ.
xix. Hebreus vir cū reprehenderet a
moyſe in iniurioſa verba obſtinatus
prorupit Exodi. ij. Filij iſrael repre-
henderunt filios bēiamin de ſcelere
vxoris leuite ⁊ voluerūt punire ma-
los. ſed ipſi obſtinati nō cōſenſerūt iō
perierunt Judicū. xx. Abner repre-
hendebat aſahel de perſecutiōe ei⁹.
ſed ipſe contempſit ideo periit. ij. Re
gum. ij. Pulchre arguebat ⁊ conuin
cebat cecus phariſeos illuminatus
a dño. ſed ipſi obſtinati eiecerunt euȝ
extra templum Joan. ix. ❡ Corrigē
tes ⁊ arguētes bonos diligūtur ⁊ ho
norantur ⁊ correpti meliores effi-ciū
tur. Ideo moyſes reprehēſus a Pe
tro q̄ ſtulto labore conſummaretur
quis homo eſſet gentilis verba non
deſpexit. ſed omnia implens cū dile
xit ⁊ honorauit. Exodi. xviij. Daniel
diſcrete arguit regem balthaſar ex-
emplo patris ſui. Rex vero patient̄
verba audiuit. ⁊ ipſȝ dilexit ⁊ magni-
fice honorauit Danie. v. ❡ Corrigē-
di ſunt duri cum zelo ⁊ feruore. ⁊ du-
re ⁊ acriter increpādi. Ideo Helias
cum magno zelo arguebat populuȝ
durū dicēs. Si deus eſt dñs ſequimi
ni eum. Si autem baal ſequimini il-
lum. iij. Regum. xviij. Grandi feruo
re et zelo reprehēdebat Helyſeus re
gem iſrael circunſtante exercitu di-
cens. Viuit dominus in cuius cōſpe
ctu ſto q̄ ſi non vultum Joſaphat re
gis iude erubeſcerem non attendiſ-
ſem te nec reſpexiſſem. iiij. Regum.
iij. Joannes baptiſta cuȝ magno fer
uore dicebat phariſeis Progenies
viperarum Matthei. iij. Luce. iij.
Multa audacia et zelo arguebat he
rodem dicens. Non licet tibi habe-
re vxorem fratris tui. Matthei. xiiij
Marci ſexto. Unus de latronibus q̄
pendebat in cruce cum magno zelo
alterum reprehendebat Luce. xxiij.
Stephanus in cōſilio iudeorum fer
uenter et audacter increpauit eos.
Actuum. vij. ❡ Corrigere debēt pre
lati ſubditos ſuos ⁊ eos de quolibet
vitio ſingulariter arguere quia vita
ſubditoruȝ debet ſtare ſub manibus
prelatorum. Debent enim eos repre
hendere. ſic ſacerdotes reſtiterunt
Ozie volenti offerre incēſum q̄d nō
erat ſui officij dicētes non eſt tui of-
ficii adolere incenſum. tertij Para-
lipo vigeſimoſexto Itē debēt eos re-
prehendere ſi non ſeruant iura ⁊ ſta
tuta eccleſie. ſicut reprehendit Eſ-
dras filios trāſmigrationis q̄ duxe-
runt contra legem filias alienigena
rum. i. Eſdre. ix. et. x. Item debent re
prehendere oppreſſores minorum ⁊
pauperum. ſic Neemias increpauit
optimates propter grauamina que
a diuitibus imponebantur pauperi
bus Neemie quinto. Iteȝ debēt eos
reprehendere de violatione feſtorū
Sic arguebat Neemias portātem
onera ſabbato dicens. Que eſt hec
res mala quam vos facitis et pro-
phanatis diem ſabbati. vt habetur
Neemie tredecimo. Item debēt eos
reprehendere dure de mendacio ſi-
cut Petrus ananiam et zaphiram.
Actuum quinto. Debent increpare
ſubditos de malo exemplo per quod
alij retrahuntur de bono. ſicut pau-
lus elymam magum dure reprehen
dit qui nitebatur auertere procon-
ſulem Actuum. xiij. Reprehendere
etiam debent ſymoniacos. ſicut Pe
trus ſymonem magum volentē eme
re ſpiritum ſanctum Actuum. viij.
Item de peccato carnis. ſicut apo-
ſtol⁹ reprehendit corinthios de for-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nicatione .i. Corinthiorum quinto
Reprehendere etiam debent litigā-
tes. Sic paulus eoſdē corinthios q̄
de ſecularibus negocijs litigabant.
i. Corinthiorum. vi. Item de irreue-
rentia circa ſacramenta. Sicut pau
lus eoſdem de irreuerentia euchari-
ſtie .i. Corinthiorum. xi. Magis de-
bent eos arguere de errore circa re-
ſurrectionem.i.Corinthiorum. xv.
Multum debent increpari ſubditi ſi
non reuerenter honorāt prelatos ſu
os vt decet. Sic apoſtolus reprehen
debat eoſdē q̄ a falſis apoſtolis gra
uia ſuſtinebāt et ipſum non honora-
bant.ij.Corinthiorum.viij. ¶ Argu
endi ſunt ſubditi qui poſt ingreſſum
religionis vel vite ſpiritualis volūt
etiam aliqua tenere de vita ſeculari
Sic Paulus arguit Galathas qui
poſt receptionem euangelij volebāt
tenere obſeruantias legis. Ad Ga-
lathas.iij. Item debent prelati corri
gere ſubditos otioſos et pigros. ſi-
cut Paul⁹ correxit Theſſaloniceñ.
ocioſos.ij. Ad theſſaloñ. vltio. Corri
gendi ſunt ebrioſi ⁊ crapuloſi non in
ipſa crapula et ebrietate. quia tunc
non habent intellectum ⁊ ſpirit⁹ cla
ros.ſed obfuſcatos. Sed cum vinuꝫ
vel crapulam digeſſerunt. In cuius
figura habemus ſapientiam abyga
il que volens reprehēdere nabal ſu-
per duricia quam oſtendit nunci⁹-
is dauid. noluit tunc dicere illi poſt
prandium ſtatim:ſed expectauit tē-
pus opportunum quouſq̄ vinuꝫ bi-
bitum digeſſiſſet vt habetur .i. Reg.
xxv.

## Cap. trigeſimū ſeptimum.

¶ De curioſitate humana.
Curioſitatē ſapiētes diligunt ꝑ ſuc-
ceſſionem ſapientie.
Cupiūt acceſſionē euidentie.
Appetunt oſtenſionem eminentie.
Exigūt monitionem penitentie.

Curioſi deſiderāt ſemꝑ no
ua ſcire ⁊ ipā ſcientia ap
parere. Ideo prima muli
er que deſiderauit bonuꝫ
ſcire ſicut deus vocem ſapientis au-
diens pomum aſpexit et diuinū pre-
ceptum contempſit Geneſis.iij. Diſ
cipulorum curioſitatem ſcire volen
tium tempus ſecundi aduentus rep̄
hendens dominus dixit. Non eſt ve
ſtrum noſſe tempora vel momenta.
Actuum.i. Atheniēſ. qui erāt curio
ſi non vacabant niſi audire vel dice-
re aliquid nouuꝫ vt ſemper noua ſci-
rent. Actuum.xvij. ¶ Curioſi volūt
videre ſemper magna ⁊ noua et ali-
quando in eorum periculum. Nam
dyna egreſſa curioſe videre mulie-
res regionis capta et corrupta eſt a
ſichem. Nota illud de mulieribus.
Geneſis.xxxiiij. Iudei videntes mi
racula dei fieri manifeſta adhuc ſi-
gna querebant Luc. xi. Herodes cu
rioſe deſiderabat videre xp̄m: vt vi-
deret ab eo ſigna fieri Luce.xxiij.
¶ Curioſi cupiunt apparere poten
tes et magni quod eſt contra mādā-
tum dei. Ideo precepit dominus po
pulo ne in montem aſcenderēt. id eſt
alta nō ſaperēt et terminos nō trāſi-
rent. Exo.xiiij. Mandauit dominus
nullam curioſitatem intrare ſacrifi-
cium. niſi prius omnia inuoluerētur
Numeri. iiij. Ozias rex iuda voluit
adolere incēſum vt videretur poſſe
fungi officio ſacerdotꝫ.ij. Paralip.
xxvi. A curioſitate proceſſiſſe videt̄
q̄ Symeon magus voluit baptiza
ri. quia videbat ſigna que faciebat
philipp⁹ ⁊ ea ad oſtētationē facere
cupiebat. Ac.viij. ¶ Curioſi debent
ammoneri ⁊ p̄dicari a prudētibus ⁊
bonis viris. qꝛ freq̄nter ꝯuertūt. ⁊ cu
rioſitatē relinquunt. Ideo predican
te apoſtolo in Epheſo multi qui fue-
rūt curioſi ſectari libros cōbuſſerūt

eos corā oībus diſcipulis. Act. xix. Reprehēdebat apls quoſdā theſſalonicenſes curioſos curioſe ⁊ inquiete ambulantes ⁊ nihil operantes. ij. Theſſaloni. iij. Adoleſcentiores viduas monet apls eſſe vitandas que ſunt frequenter vage ⁊ curioſe ocioſe ⁊ verboſe. i. ad Thimo. iiij.

## Capit. trigeſimūoctauum.

¶ De decimis ⁊ primitijs.

Decime cōſiderant̄ q̄tū ad qualitatem offerentiū ⁊ eorū modū.

Ad dignitatē exigentiū ⁊ eorum modum.

Decime conſiderande q̄tū ad eas dantes ⁊ q̄tum ad clericos recipiētes. Decimas debet dare quilibet quātumcūq; magnus ⁊ potens libēter ⁊ de melioribus reb⁹. ſic fecit melchiſedech q̄ dedit abrahe decias de omnibus que habebat. quia melchiſedech fuit rex ſalem Geñ. xiiij. Dat homo decimas. quia deus euꝫ cuſtodit paſcit ⁊ veſtit ⁊ dirigit. ſicut petiuit Jacob Geñ. xxviij. Cito debēt decime dari. ſicut p̄cepit domin⁹ dicēs Decimas ⁊ primitias non tardabis Exodi. xxij. De melioribus et pulchrioribus ⁊ pinguioribus debēt decime ⁊ primitie dari Nume. xviij. A fidelibus debent decime ad templuꝫ preſentari etiā ſi ſacerdotes non petant Deutro. xviij. ¶ Decimas recipientes ſunt clerici qui nō debēt ſuperflua petere. ſed deo vacare et de decimis ⁊ primitijs debent eſſe contenti Numeri. xviij. Per ſacerdotes recipientes decimas debēt cōmunicari decime ⁊ primitie: ⁊ alij reddit⁹ eccleſiarū pauperibus pupillis ⁊ viduis Deut. xiiij. Sacerdotes q̄ recipiunt decimas debent vacari ſpiritualib⁹ et diuinis. nō temporalibus. ij. Paralip. xxxi.

## Capi. trigeſimūnonum.

¶ De deriſione ⁊ cōuicijs.

Deridētur a deriſoribus:

Moderatores malaꝝ affectionum.

Operatores rectarū operationū.

Toleratores tribulationū.

Predicatores ſanctaꝝ actionum.

Deriſores ſuis deriſionibus accedūt pacificos. aliqñ nocēdo q̄ pri⁹ non habebant intentionem nocendi. Sicut viri ſochot deridentes Gedeonē ipſis ſic nunciantibus eum induxerūt ad nocendum eis. qui pri⁹ nocere nolebat Judicū. viij. Nabal incitauit dauid cōtra ſe et ſocios ſuos qui prius fuerant ſibi pacifici propter deriſiones et conuitia dicta nuncijs eorum. niſi per abigail fuiſſet retentus. i. Regum. xxv. Inſtruēdi ſunt pueri a parentibus ne derideant ſenes: qr pueri qui deridebant heliſeum dicentes Aſcende calue: aſcende calue p̄miſſi ſunt deuorari ab vrſis. qui alias compaſſus puerū mortuuꝫ ſuſcitauit. vt euidentiſſime habetur. iiij. Regū. ij. ¶ Derident mali et peccatores bonos iuſte operantes ſiue iuſte operari volentes. Sicut michol videns ludentem dauid ante archam domini deriſit eum dicens. Q̄ glorioſus rex eſt factus. ij. Reg. vi. ⁊ i. Paralipo. xiij. ⁊ xxx. Sanaballath ⁊ Thobias deridebāt edificātes muros hieruſalem id eſt mali deridēt bonos qui in bonis operibus tanq̄ viuis lapidibus edificant fideles eccl'ie Neemi. iiij. Nicanor vidēs holocauſta offerri deridebat offerētes. i. Macha. vij. ¶ Derident poſiti in p̄ſperitate tribulatos poſitos ī aduerſitate. quod maximū malū eſt. Sic excecato thobie vxor parentes ⁊ cognati deridebant eum dicentes. Ubi eſt ſpes tua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro qua elemosynas faciebas: Tho
bie.ij. Similiter legit de Job cui di-
xit vxor eius. Adhuc permanes in
simplicitate tua. iob.ij. Saluator no
ster tpe sue sanctissime passiõis mul
tas derisiones: ⁊ illusiones recepit.
vt daret exemplũ tribulatis nõ curã
di de derisionibus mundanorũ. vt di
citur Matthei.xxv.⁊.xxvij. ¶ Deri-
dent hodie predicatores ⁊ plati mis
si ad predicãdũ. quia veritatẽ dicũt
⁊ predicant. In cuius figura filij isra
el deriserunt cursores quos miserat
Ezech.ij. Parali.xxx. Sic etiã deri-
debat popul⁹ pphetas missos a deo
q̃ eis veritatẽ annunciabant.ij. Pa.
xxxvi. Judei deridebant aplos pdi-
cantes ⁊ loquẽtes varijs linguis, di-
centes eos plenos musto quos spiri
tus sanctus repleuerat Actuũ.ij. Cũ
audissẽt athenienses resurrectionẽ mor
tuorum quã Paulus predicabat ir-
ridebant eũ Act.xvij.

## Ca. quadragesimũ.

¶ De detractione et susurratione.
Detractores habẽt sanctitatis ma-
lignationẽ.
Felicitatis indignationẽ.
Seueritatis punitionẽ.
Iniquitatis occasionẽ.
Sublimitatis elationem.
Et bonitatis peruersionẽ.

DEtrahunt viri pessimi vi-
ris bonis solum ex mali-
cia multa: falsa plura im
ponẽtes. Sicut domina
cui seruiebat ioseph inique detraxit
ei apud virum suum imponens ei q
eã voluisset opprimere Gen.xxxix.
Similiter pharao detraxit moysi di
cens cui dubium est q pessime cogi-
tetis. Exodi.x. Peiores sunt tales
q balaam q̃ voluit detrahere ⁊ male
dicere pplo dei Nume.xxij. Ancilla
pessima detraxit ⁊ maledixit sare im
ponẽs ei infectionẽ viroꝝ Thob.iij.
Senes illi pessimi susannã turpit in
famauert magnã falsitatẽ iponẽtes
ei Daniel.xiij. Symon male loq̃bat
de onia ꝓtectore ciuitatis ⁊ defensore
gẽtis.ij. Mach.iiij. Falsi testes detra-
xerũt stephano dicẽtes. Nõ iste non
cessat loq̃ Act.vij. ¶ Detractio viti
um est inuidoꝝ q̃ inuidẽtes felicitati
alioꝝ infamãt eos vt deprimãt. Sic
pncipes detraxert dauid apd achis
vt amouerẽt eũ.i. Reg.xxix. Emuli
edificantiũ scripserunt artaxersi de-
trahẽtes ei vt opus faceret intermitti
i. Esdre.iiij. Principes ppli detraxe
rũt Hieremie apud Sedechiã regẽ
inuidẽtes ei Hieremie.xxxviij. Uiri
chaldei inuidia moti accusauerũt iu
deos detrahẽtes eis corã rege. Da-
nie.iij. Satrape Darij inuidẽtes fe-
licitati Daniel detraxerũt ei coram
dario Dañ.vi. Pharisei inuidentes
xpo multotiẽs detraxerũt ei. qr cum
publicanis ꝯuersabat Mat.ix. Lu-
ce.v. Paulo pluries ex inuidia detra
ctum est Act.xviij. Apud ephesum
Act.xix. a quibusdã iudeis in tẽplo
Act.xxi. A tertullo corã felice pside
Actuũ.xxiiij. Athenis a phariseis
Act.xvij. ¶ Detractores grauit pu
niunt a deo in pñti ⁊ i futuro. Nã ma
ria locuta ẽ detrahẽdo moysi modi-
ca occasiõe assumpta. ꝫ cito secuta ẽ
lepre pena Nũe.xij. Filij isrl detraxe
rũt terre ꝓmissiõis i malũ suũ. qr null⁹
eoꝝ intrauit eã. sed occisi sunt ab ho-
stib⁹ ⁊ bestijs in deserto Nume.xiij.⁊.
xiiij. Etiã ppter detractionẽ chore ⁊
cõplicũ ei⁹ inerti fuerũt occisi Nume.
xvi. ¶ Detractio ⁊ accusatio causa ẽ
homicidioꝝ ⁊ multorũ maloꝝ. Nã
occasiõe doech idumei referẽtis sau
li q abimelech confortauerat Da-
uid occidit Saul.lxxxv. viros indu-
tos ephod et mulieres et paruulos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

i. Regum. xx. Principes filiorū amon detrahentes nuncijs dauid precurrerunt prauā intentionē eius et fuerūt cauſa belli guerre debellationis ⁊ homicidiorum multorū. ij. Regum. x. Symon prepoſitꝰ templi ſuis malis relationibus faciebat templum dei deſpoliari. ij. Machabeo. iij. Mala verba ⁊ detractoria queſtuariorum fecerunt paulum capi ⁊ verberari. Actu. xvi. ¶ Detractio a ſuperbia ꝓcedit ⁊ ambitione: volētes enim exaltari et alios deprimere detrahunt eis. Sic abſalon ambiēs regnum patris detrahebat ei dicens. Non eſt qui audiat te conſtitutꝰ a rege. ij. Regum. xv. Amon ſuperbꝰ qꝛ nō adorabatur a Mardocheo detraxit omnibus iudeis coram rege. Heſter. iij. Alchimus qui volebat fieri ſummus ſacerdos detrahebat iude coram demetrio. i. Machabeorum. vij. Detractores non debent audiri nec verbis eorū eſt adhibenda fides Nam ſiba ſeruus Miſiboſeth nequiter detraxit domino ſuo coram Dauid. Et Dauid cito fidē adhibuit verbis eius. Et ideo peruerſum dedit iudicium. ij. Reguz. xvi. Sapiens fuit Alexander rex: qui viros peſtilētes qui venerūt aduerſus Jonatham detrahentes ei et interpellantes regē aduerſus eum ipſe eos nullatenꝰ audire voluit. i. Machabeorū decimo. ¶ Detractores peruertunt ſemper bona in mala: vel mala intētione facta. Nam ſi ieiunas dicit te hypocritam: ſi comedis voracem: ſi quieſcis pigrum: ſi vidis inquietum: ſi taces ſtultum: ſi loqueris preſumptuoſum: ſi tua pauperibus das vel erogas dicit te fore vanum ⁊ glorioſum ſi non erogas auarum: ſi ſapiens es ſuperbuz: ſi religioſus dicit te hypocrytam: ſi bone conuerſationis diſſolutus es: ſi aliorum gratiam habes adulatores: ſi aliorum gratiam non habes maledictus es: ſi maturitatē melancolicus es. Unde dicit Criſoſtomus. Sunt quidam peruerſi homines ſimiles phariſeis qui de omni re quod vident malum iudicant ⁊ in peius interpretantur. Ideo de Joanne baptiſta multum ieiunante dicebant quidam detractores demonium habet. De Jeſu autem comedente dicebant. Ecce homo vorax et potator vini. Matthei. xi. Viſo miraculo de ceco nato detraxerunt phariſei dicentes. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt et maledixerunt illuminato. Joan. nono. Eiecto demonio et loquente muto quidam detrahentes chriſto miraculum peruerterunt dicētes. In beelzebub principe demoniorum eijcit de. Luce. xi. Matthei. xij.

## Ca. quadrageſimūprimū.

¶ De diſcordia et lite.

Diſcordia oritur ex inuidentia fraternitatis.
Ex adiacentia cupiditatis.
Ex eminētia ſublimitatis.
Ex fraudulentia carnalitatis.
Ex complacentia cupiditatis.
Ex aſſiſtentia fidelitatis.
Corrigitur ex prudentia prelati.

DIſcordia multotiens oritur ex inuidia fratrum vt patet in prima diſcordia fratrum: videlicet inter Cayn ⁊ abel quā mouit inuidia Cayn: qꝛ munera abel deo placebant. Gen. iiij. Occiſo a dauid philiſteo et auditis cātātibꝰ ſaul ꝑcuſſit mille. ⁊ dauid decez milia īuidia motꝰ: quia minus dederāt ſibi ꝑſecutꝰ eſt dauid i. Regū. xviij. In turba erat diſcēſio de ieſu. Nam dicentibus quibuſdaz: quia bonus eſt: quidaz moti inuidia dicebant: quia malꝰ eſt ⁊ ſeducit tur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bam Joan. vij. Aliquādo ex inuidia
diſcordant religioſi ſicut baptiſato
cornelio a petro diſceptabāt aduer=
ſus illum qui erant ex circunciſione
fideles inuidentes ei qꝛ gentilis fue
rat Act. xi. ¶ Diſcordie fiunt aliqñ
ex auaritia ꝓpter temporalē ſubſtā
tiā. Nā ꝓpter multā ſubſtantiā quā
habebāt abraā ⁊ loth facta ē diſcor=
dia ⁊ rixa int̄ vtrorūqꝫ paſtores Ge=
neſ. xiij. Quia iacob decepit Eſau ī
hereditate ⁊ bn̄dictione paterna fa=
cta eſt diſcordia īter eos Gen̄. xxvij.
Locupletato Iſaac paſtores eius ⁊
paſtores vicinorū iurgia inceperunt
Gen̄. xxvi. Et ꝓpter auariciā ⁊ tena
citatē nabal facta eſt diſcordia eius
ad dauid ſed per abygail prudentiſ=
ſimam largitatē fuit ſapienter ſeda
ta. vt dicit̄. i. Reg. xxv. ¶ Diſcordie
oriuntur multotiens ex ſuperbia et
ambitione dn̄ii. Nam quia reges ſo
domorū defecerūt a ſeruitute godor
laomorū factū ē bellū a quattuor re=
gibus cōtra eos Gene. xiiij. Ex timo
re perdendi dn̄ium pugnauit Ama=
lech ꝯtra iſrael poſt tranſitū ∴ aris
Exodi. xvij. Inter abymelech et vi=
ros ſichem qui male fecerūt eū prin=
cipem facta eſt magna diſcordia. Iu
dicum. ix. Nimis pernicioſa diſcor=
dia facta eſt inter abſalon et dauid.
ij. Regum. xv. Et propter ſuperbiā ⁊
duram reſponſionem quam roboam
fecit populo diuiſum eſt regnum. iij.
Regum. xij. Contentio inter diſci=
pulos facta: quis eorum eſſet maior
ex ſuperbia videbatur accepiſſe ori
ginem que per humilitatem ſedata
fuit Lu. xxij. ¶ Diſcordie fiūt freqn
ter ꝓpter mulieres. ſiue ꝓpter luxu
riam. Nā filij ſodomite vallauerunt
domum loth in qua erant angeli in
humana ſpecie vt libidini vacarent
Geneſis. xix. Occaſione dyne quam
ſichem oppreſſit facta eſt diſcordia:
⁊ ſecuta ſunt homicidia Gen̄. xxxiij.
Propter vxorem leuite peſſime ab=
uſā facta eſt diſcordia tanta: vt exin
de bellaretur ⁊ ex vna parte tantum
MM. ccccc. hominū morerent̄. Iu=
dicum. xx. Quia thamar violata ab
amon fratre eius facta eſt diſcordia
inter fratres. ex q̄ frat̄ iuſſit interfici
fratrē. ij. Reg. xij. ⁊. xiij. Propt̄ vxo=
rem ſanſonis alteri traditam diſſen
ſio facta eſt cū philiſteis Iudicū. xv.
¶ Diſcordie oriuntur aliqñ ex vicio
gule. Sicut accidit de filijs iſrl̄ q iur
gati ſunt ꝯtra moyſen ductorē eorū
ꝓpt̄ defectū cibi ⁊ ꝓpter potū Exo.
xvi. ⁊. xvij. Attediati filij iſ. mānā ri
xati contra moyſen petebant car=
nes Nume. xxi. ¶ Diſcordia ⁊ diſſē=
ſio in diſputatione pro inueniēda ve
ritate vl̄ defendēda fide ⁊ faciendis
bonis bona eſt ⁊ ſuſtinenda. Iō bar=
naba ⁊ paulo p̄dicātib⁹ iconijs diui
ſa eſt ciuitas. ⁊ quidā erāt cū iudeis
quidā vero bonos apoſtolos defen
debant Actu. xiiij. At ꝑ paulū iuſti=
tia et per Barnabā mīa monſtrare=
tur facta eſt diſſenſio inter eos pro=
pter ioannē Act. xv. Cum exclamaſ
ſet Paulus in cōcilio de reſurrectio
ne mortuorū facta eſt diſceptatio in
ter phariſeos ⁊ ſaduceos Actu. xx.
¶ Diſcordes rixantes debent prela
ti ⁊ maiores corrigere et ad pacem ⁊
concordiam exemplis et rationib⁹
prouocare. ſicut moyſes corripuit ri
xantes hebreos adinuicem. Exo. ij.
Mulieres rixantes propter infantē
viuū ſalomon cum vera iuſtitia pru=
denter quietauit. iij. Regū. iij. Con=
tentionem diſcipulorꝫ quis eſſet ma
ior chriſtus ſedauit de ſua dās exem
plum humilitate Luce. xxij. Litigā
tib⁹ iudeis quō xp̄s poſſit eis dare
carnē ſuam ad manducādū ſaluator
multis exhortationibus eos quieta
uit Joan. vi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Capi. quadrageſimūſecū.

¶ De duritia ꝛ obſtinatione.

Duri ꝛ obſtinati verbis vtilib⁹ non molliuntur.
Signis ſublimib⁹ nō corriguntur.
Auditis correctionibus peiores efficiuntur.

Duri ꝛ obſtinati in malo ꝑ verba ꝛ predicationes nō emolliuntur ſicut duri lapides ſuper quos ſi cadat aqua non molleſcunt interius. Sic hely verbo filios corripuit ſed nō ꝓfuit. vt habetur. i. Regum. ij. Samuel ſatis dixit populo graues cōditiones regis et voluntatem dei ſed non potuit immutare animum eorum. i. Reguꝫ. viij. Nec per verba ionathe admonentis nec ꝑ beneficia Dauid cor durum ſaulis potuit immutari: vt habet. i. Regum. xviij. Nabal fuit ita durus ꝙ ad dulcia verba nunciorū dauid flecti nō potuit. i. Regū xxv. Multa verba dixit abner ad azahel vt nō perſequeretur eum. ſed ipſe non aſſenſit et occiſus crudeliter fuit. ij. Regum. ij. Nuncij ezechielis inſtruebant ꝛ predicabant viros iuda. ſed ipſi indurati ſubſannabāt eos. ij. Paralipo. xxx. ¶ Duri ꝛ obſtinati quantūcunq̄ viderint ſigna ꝛ mirabilia fieri propter hoc nō mollificāt mentes ſuas. Sic induratū fuit cor pharaonis q̄ ad nulla ſigna q̄ moyſes de mādato domini faciebat emolliebat ad credendū dn̄o. Exodi. v. vi. vij. viij. ꝛ. ix. Judei q̄ apprehenderūt Jeſum fuerunt duriſſimi ꝛ obſtinati ꝙ neq̄ per ſigna proſtrationis eorū neq̄ per ſignum ſanationis auricule molliti ſunt erga eum. Luce. xxij. Joan. xviij. ¶ Duri ꝛ obſtinati nō ſolum nō acquieſcūt ſed etiam ſi reprehenduntur peiores fiunt. Nā durior fuit cayn poſt ammonitionē domini ꝛ fratrem occidit. Geneſ. iiij. Obſtinati iudei zacharia increpāte ꝛ ammonente eū crudeliter occiderūt. ij. Paral. xxiiij. Stephanum increpātem iudeos de eoꝝ duricia ipſi nequiter lapidauerūt Actuū. vij.

## Ca. quadrageſimūtertiū.

¶ De eccl'ia vel templo.

Eccleſia materialis eſt:
Sine pigritia edificanda.
Sūma letitia dn̄o dicanda.
Ubi flagitia nō ſunt perpetrāda.
Ibi ſpurcitia eſt emendanda.
Eſt ad officiū ſic viſitanda.
Ubi plebis vicia ſunt predicāda.

Eccleſia cuꝫ ſollicitudine ꝛ feruore debet a fidelib⁹ edificari. Ideo feruentior fuit Salomon in edificatiōe templi domini q̄ ſue domus: quia templuꝫ prius incepit et prius perfecit quia templum in ſeptem annis. domum vero in duodeciꝫ. iij. Regum ſeptimo. Magnam curam habuit dominus de edificatione eccleſie quando precepit. Cyro ꝙ edificaret ſibi domum in hieruſalem: quod prius predixerat per Eſaiam. Eſaie ij. ꝛ. i. Eſdre. i. Judei prius edificauerunt templum q̄ muros ciuitatis: licet haberēt inimicos prope. i. Eſdre iij. Eccleſia edificata debet ſolenniter et cum gaudio conſecrari in toto vel in parte: ſcilicet in altari. Ideo magnā ſolennitatem fecit ſalomon in dedicatione templi. iij. Regū. viij. Obtēta victoria de inimicis machabei dixerunt. Ecce contriti ſunt inimici noſtri qui contaminarunt templum aſcendamus. nunc mundare ꝛ inuocare ſancta id eſt dedicare eccleſiam nec de ſuis domib⁹ fecerūt mētionē primi Machabeorū. iiij. Multum debet homo timere violationeꝫ dedicationis tēpli. Nam iudei pre-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liaturi cum ni canore plus timebant de violatione templi q̄ de ſuis ꝓpriis vxoribus ⁊ filijs ſcōi Macha. xv. ⁋ Eccleſia dedicata debet eſſe libera ⁊ gaudere puilegio libertatis: vt fugientes ad eam ſaluentur. nec ibi aliquis occidatur. Ideo p̄cepit Ioiadas pontifex vt athalia educeret extra templū ⁊ nō occideretur. Nec ipi aliquid fieret in templo. vt habetur. iiij. Regum. xi. Rex demetri⁹ ſtatuit q̄ quicūq; fugeret ad templuȝ in omni maleficio eſſet liber. i. Machabeoruȝ decimo. Cuis iudei graui odio perſequerentur. Paulū tamen propter reuerentiam ⁊ libertatem templi noluerunt eum occidere in templo Actuum. xxi. ⁋ Eccleſiā debet homo intrare mūdus a peccato. In cuius figura dixit dn̄s Moyſi Facies labrum eneum ad lauanduȝ et miſſa aqua lauabant Aaron et filij eius manus ſuas et pedes cum ingreſſuri ſunt tabernaculū. Per manus operationes: per pedes affectiones. Exodi. xxx. Nō licebat niſi paucis ⁊ mūdis intrare templum ⁊ tangere vaſa eius Numeri. iiij. Quoniam ſepe mundauit domin⁹ templuȝ eijciens vendentes ⁊ ementes ⁊ mēſas et oues et boues et columbas q̄ templum reddebant immundum. Matth. xxi. Luce. xix. ⁋ Eccleſiam debet homo intrare ⁊ ſepe viſitare: ⁊ ſpecialiter clerici ad horas canonicas reddendas et orationes offerendas. Ideo commendatur Thobias q̄ frequenter iuit ad templum orās deum nobis in exemplum. Thobie primo. Inſtruēdi ſunt pueri vt eccleſiam viſitent exemplo chriſti qui. xl. die a natiuitate voluit ad templum deferri et duodēnis in templo in medio doctoruȝ fuit a matre repertus. Luce. ij. Petrus et Ioannes aſcenderūt in templum ad horam orationis nonam: et tunc ſanatus eſt claudus quem petrus ſanauit Actuum iij. Eunuchus cādacis regine ethiopum commendatur qui de ethiopia veniebat in hieruſaleȝ ad viſitandū templum ⁊ ſedens in curru legebat Eſaiam ꝓphetā. q̄d eſt cōtra illos q̄ ad ſacra loca euntes et redeūtes nō referunt documenta ſed vana Actuum. viij. ⁋ Eccleſiā debet homo viſitare frequenter: ⁊ predicatiōes ⁊ documenta audire que debent prelati ⁊ religioſi facere deteſtando vicia et laudando virtutes. Exemplo chriſti qui pluries predicauit ⁊ docuit in tēplo. vt habetur Matthei. xxi. Luce. ix. ⁊ Iohannis. vi. Angelus aperto carcere in quo erant apoſtoli vincti. dixit eis. Ite loquimini. vt habetur. Actuum. v.

## Ca. quadrageſimūquartū

⁋ De electione prelatorū.

Electionē ſemper oratio debet precedere.
Deſignatio ſolet incedere.
Iuſtificatio debet accedere.
Sed malignatio ſolet intendere.

Electionē debet p̄cedere deuota oratio ad deuȝ. vt deus eligentiū corda illuminet ad veracit eligendū. Sic nos inſtruit Moyſes q̄ moriturus an̄ electionē alteri⁹ p̄lati orauit dicēs. Preuideas de homīe q̄ ſit ſup multitudinē. vt habet Numeri. xxvij. Poſt morteȝ Ioſue orauit populus dn̄m et conſuluit eum pro duce Iudicum. x. Apoſtoli cum eligerent apoſtolū loco Iude ſtatuerunt ioſeph et mathiam et orantes dixerunt. Tu dn̄e q̄ noſti corda hominuȝ oſtende nobis quem elegeris ex his duobus Actuum. i. ⁋ Elegit deus aliquando prelatos per ſigna vel p

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reuelationes: ⁊ iſte ſunt optime ele-
ctiones: ſicut precepit Moyſi. Tol-
le virgam ⁊ pone in tabernaculo q̃d
cum feciſſet inuenit virgam Aaron
germinaſſe in ſignum diuine electio
nis. Numeri. xvij. De mandato dn̄i
ſpeciale elegit ſamuel dauid ⁊ vnxit
eum in regem. i. Regū. xvi. Barna-
bam ⁊ Paulum elegit dn̄s p̄ reuela
tionē dicēs: ſegregate mihi ⁊c. Act.
xiij. ¶ Eligendi debēt eſſe boni: vt iu
ſte ⁊ pacifice regant populum. Ta-
les dixit Jetro moyſi eſſe eligendos
dicēs ꝙ eligeret ſapiētes ⁊ timētes
deum in quibus eſſet veritas et q̄ o-
dierint auaritiā: nobis ⁊ precipue re
ligioſis in exemplum. Exo. xviij. Sa
ul qn̄ fuit elect⁹ erat bonus ⁊ nō erat
in filijs iſrael melior. i. Reg. ix. Poſt
mortē ſaul illi de tribu iuda elegerūt
dauid bonum in regem. ij. Reguꝫ. ij.
Appropinquans morti dauid dixit.
De filijs meis elegit dn̄s ſalomonē
i. Paralip. xxviij. Scripſit iehu rex
dicēs. Eligite meliorē de filijs dn̄i ve
ſtri. iiij. Regū. x. Vocauit ieſus diſci
pulos ſuos ⁊ elegit ex eis duodecim
meliores quos vocauit aplo̅s. Luc.
vi. Elegerūt apl̄i ſtephanū virū ple-
nū ſpiritu ſācto ⁊ fide. Act. vi. ¶ Eli-
gere debent electores prelatū nō in-
firmū: ſed fortē qui poſſit contra ho-
ſtes ſpirituales vel corpales eos de
fendere ⁊ onera prelationis magna-
nimiter portare. Jō Moyſes videns
madianitas ſuperare populū dei ad
vlciſcendū elegit duodecim milia vi
rorū de omni tribu fortiſſimos q̄ bel
lare poſſent Numeri. xxij. Videntes
filij iſrael ꝙ gedeon viriliter pugna
bat dixerunt. Dn̄are tu nobis: ⁊ ele-
gerunt eum in ducē ⁊ dn̄m. Judicum
viij. Maiores natu galaad elegerūt
Jepte vt imperaret eis et pugnaret
pro eis. Judicuꝫ. x. Amici iude dixe
runt Jonathe. Ecce iudas defunct⁹
eſt ⁊ nō eſt ei ſimilis te elegimus ho-
die in principē pro eo: et ducē ad bel
landū bellū noſtrū. i. Machabeoruꝫ
ix. ¶ Eligūt aliq̄n diuino iudicio ma
li in dānū eorū ⁊ populi eligentis ſi-
cut abimelech q̄ p̄curauit eligi per
amicos: ſꝫ male ſucceſſit vtriſq̄. Ju-
dicum. ix. Parabola de ramno ele-
cto ab arborib⁹ pertinet ad p̄latos
malos. Judicū. ix. Terribili dei iudi
cio fact⁹ eſt rex Jeroboam ſup decē
trib⁹ q̄ fuit occaſio: ꝙ populus rece-
deret a cultura dei. iij. Regum. xij.

## Cap. quadrageſimūquin.

¶ De exhortatione ⁊ predicatione.
Exhortatio bona ſolet:
Contēnentes nō iuuare.
Audientes honorare.
Morientes liberare.
Exercentes recreare.
Delinquentes coartare.
Patientes cōfortare.
Per parentes obſecrare.
Negligentes incitare.
Referentes animare.
Non credentes reuocare.

Exhortatio ⁊ p̄dicatio obſ-
tinatis nō prodeſt. Exte-
rior eñ exhortatio ſine i-
teriori nihil p̄deſt ⁊ parū
eſt efficax. Nā Cayn exhortat⁹ exte
riore voce dei a concepta neq̄tia non
deſtitit: ſed piū fratrē ſuum crudeli-
ter occidit. Gene. iiij. Sodomite cuꝫ
ammonerētur male reſponderunt ⁊
peſſime egerunt. Geneſ. xix. Horta-
tus eſt Abner aſahelem: ſed ipſe obſ
tinatus non acquieuit et occiſus fu-
it. ij. Regum. ij. Curſores ezechie ex-
hortati ſunt filios iſrael: ſed ipſi obſ
tinati deſtruxerunt eos. ij. Para-
lip. xxx. cap. Satis exhortabatur.
Daniel Nabuchodonoſor ꝙ pecca
ta ſua redimeret elemoſinis: ſꝫ nihil

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ei ꝓfuit. Daniel. iiij. ¶ Exhortatio-
nes bonoꝝ audientibꝰ ⁊ ſequẽtibus
multũ ꝓſunt ⁊ bñ accidit eis. Sic be
ne accidit Jacob ꝙ acquieuit exhor
tationibus matris: ⁊ benedictionẽ
habuit. Geñ. xxvij. Bñ ſucceſſit fra-
tribus Joſeph ꝙ crediderũt exhorta
tionibus Ruben ⁊ Juda ne interfice
rẽt ioſeph qꝛ per eũ poſtea ab inopia
ſũt ſubleuati ⁊ exaltati. Geñ. xxxvij.
⁊ xliiij. Serui Naaman hortati ſũt
eũ vt crederet verbis Heliſei ꝙ acq-
uit ⁊ in iordane ſe ſepties lauit ⁊ ſani
tatem recepit. iiij. Reguꝫ. v. Thobie
bene accidit: quia credidit exhorta-
tionibus Raphael. Nã incolumis
iuit ⁊ rediit. vt habetur Thobie. vi.
¶ Exhortatio bona quandoq; libe-
rat hoĩeꝫ a morte. nã exhortatio quã
fecit ſoror Moyſi filie pharaõis mu
lier hebrea pro nutriẽdo paruulo cũ
vocaret liberauit Moyſen a morte ꝙ
nõ ſubigebat egyptias. Exo. ij. Bo-
na exhortatio quã fecit Abygail ad
Dauid liberauit Nabal a morte. i.
Reg. xxv. Quia mardocheus exhor
tatus eſt Heſter vt rogaret regẽ pro
populo. populum a periculo eruit.
Heſter. iiij. Abimelech exhortatus
Sedechiam liberauit Hieremiam a
carcere ĩ quo morabatur. Hieremie.
xxxviij. ¶ Exhortatio bona laboreꝫ
⁊ fatigationem minuit et recreatio-
nem tribuit. nã exhortatione quã fe-
cit Jetro Moyſi: vt iudices minores
ſtatueret et ipſe ſtulto labore ſe non
conſumeret: diminutus eſt labor ⁊ fa
tigatio Moyſi. Exodi. xviij. Edificã
tes templum in hieruſalem de capti
uitate reuerſos hortabantur Agge-
us et Zacharias propheta ⁊ reo rea
bant eos in laboribꝰ ſuis. i. Eſdre. v.
Deſiderans Neemias edificare mu
ros hieruſalem hortatus eſt optima
tes et magiſtratus dicens. Surga-
mus et edificemus: et alleuiatus eſt
labor: et confortate ſunt manus eoꝝ
in bono. Neemie. ij. ¶ Exhortatio
retrahit a peccato iam in propoſito
exiſtente. Sicut exhortatio abygail
ad dauid euꝫ a peccato homicidij qꝺ
conceperat facere retraxit. i. Regũ.
xxv. Qdiu vixit Joiada qui exhor-
tabatur Joam regẽ iuda tandiu fu-
it ioam bonus: ſed eo mortuo factus
eſt peſſimus. Exhortatio enim illius
retrahebat eum a malo: ⁊ poſtea qñ
non habuit exhortationẽ ruit in om
ne peccatũ: vt habetur. ij. Paralip.
xxiiij. ⁊ iiij. Regum. xij. Ad exhorta
tionem Neemie vſurarij reddiderũt
vſuras ⁊ vlterius nõ acceperũt. Nee
mie. v. Baptiſta exhortante populũ
multi baptiſabanꝫ confitentes pctã
ſua. Matth. iij. ¶ Exhortatio bona
tribulatos confortat ⁊ tribulatiões
portare leuiꝰ adiuuat. Ideo Thobi-
as ꝓgebat ꝓ oẽs in captiuitate poſi
tos exhortãs eos. Thobie. i. Tribu-
lato iob venerũt amici eiꝰ ad confor
tandũ eũ. Job. ij. Primuꝫ illorum ſe
ptem fratrũ cum in ſartagine torqre
tur ceteri cũ mr̃e hortabãt vna ſecuꝫ
mori fortiter dicentes. Dñs aſpicit:
vt habetur. ij. Machabeo. vij. ¶ Ex
hortatio bona parẽtum ad filios fa-
cit eos eſſe bonos. Ideo ſummopere
ſtudere debent parentes filios ⁊ fili-
as exhortari. Sicut parentes vxoꝝ
Thobie monuerũt eam honorare ſo
ceros. maritum diligere. gubernare
domum et ſeipſam irreprehenſilẽ ex
hibere. Thobie. x. Moriturus Ma-
thatias filios efficaciter hortatus
eſt ad agendum viriliter pro lege do
mini quod ipſi optime ſeruauerunt.
i. Machabeorũ. ij. ¶ Exhortatio bo
na incitat ⁊ iuuat homines ad bonũ
et virtutẽ. Sicut Judith ſua exhor-
tatione animauit homies de bethu
lia ad viriliter reſiſtendum holofer-
ni et ad complacendum deo. Judith

d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

viij. Judas machabeus hortabat᷑ ⁊
animabat populum ſermonibus bo
nis. i. Macha. iij. ⁊ iiij. et. ij. Macha.
viij. x. ⁊ xi. Paulus ⁊ barnabas hor
tabant᷑ fratres ⁊ animabāt: vt pma-
nerēt in fide. Act. xiiij. ¶ Exhortati
nes in predicationibus debēt pdica
tores libēter facere. tū quia eis hoc
officiū a deo iniūgit᷑. tū qr ex ipſis pec-
catores ⁊ infideles ad dn̄m cōuertū-
tur. ppter primum dixit dn̄s Eſaie. i.
Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta
vocem tuam ⁊ annūcia populo meo
ſcelera eorū: ⁊ domui iacob peccata
eorū. Eſaie. lviij. Hieremias primo de
predicatione ſe excuſauit. poſtea do
mino cōſulēte ꝯſenſit. Hierem. i. ⁊ ij.
Factū eſt verbū dn̄i ad Jonā pphe-
tā vt iret predicare in niniuē ciuita-
tē grandē. q̄ licet primo fugerit poſt
ea obediuit. Jone. i. ⁊ ij. Miſit ſalua
tor diſcipulos dicēs pdicate dicētes
Appropinquabit em̄ regnū dei. Mat
thei. x. Exprobrata incredulitate eo
rum xp̄s dixit diſcipulis. Predica-
te euangeliū omni creature Marci.
xvi. ¶ Exhortatio pdicationis vtil᷑
eſt: qr peccatores et infideles ad de-
um ꝯuertunt᷑. Sicut predicatio Jo-
ne cōuertit niniuitas: q̄ ppter pecca
ta ſubuerti debebāt Jone. iij. Petr᷒
in pēthecoſte ſic efficaciter predica-
uit ꝙ circiter tria milia hoīm cōuer
tit: ad fidē. Act. ij. Ad predicationē
petri tot crediderūt ꝙ fact᷒ ē nume
rus credentiū quinꝙ milia. Actuū
iiij. Predicātibus paulo ⁊ barnaba
Iconijs crediderūt mlti iudei ⁊ gre-
ci. Act. xiiij. Non debet homo predi-
cator attediari predicare legem nec
auditores audire dūmodo ſermo ſit
vtilis. Nam quadā vice predicauit
Paulus vſꝙ ad mediam noctē: vbi
quidam adoleſcens oppreſſus ſom-
no cecidit ⁊ mortuus eſt quem deſcē
dens ſuſcitauit ⁊ iterum predicatio
nem reſumens vſꝙ ad diem ꝓtraxit
Actu. xx. Eſdra ſtante ſuper gradū
ligneum ⁊ predicante ſiue legente li
bros a mane vſꝙ ad meridiē omnis
populus cōgregat᷒ eſt quaſi vir vn᷒
et aures eorū erant erecte ad librum
Neemie. viij.

## Ca. quadrageſimūſextum

¶ De fallacijs mulierum.

Fallentes mulieres intendūt:
Duloſitatis deceptionē.
Veritatis ſubuerſionē.
Carnalitatis accenſionē.
Cupiditatis repletionē.
De iniquis cōpaſſionē.

Fallacia mulierū eſt vt ſe
ducant hominē ad omne
malum ſiue vitium. Et qr
per vitium gule cetera vi
tia introducunt᷑: Ideo de vitio gule
primo hoīes decipiēdo ſeducunt: vt
ſic ad ſpiritualē ⁊ corporalē deducāt
interitū. Nā occaſiōe Eue prim᷒ ho
mo ſeduct᷒ eſt vt vetitū fructū come
deret: ex quo ſpiritualem ⁊ tēporalē
mortem incurrit. Gen̄. iij. Siſarā ſi
tientem ex labore iahel inuitauit ad
potum ⁊ fraudulēter aquam petēti
lac tribuit de cui᷒ potatione ſopitū
occidit. Judic. iiij. ¶ Fallaces muli
eres ſunt decipiendo mendacijs qui
bus multū fallendo vtunt᷑. Nā Sa
ra nō ſolum homines: ſed deū voluit
fallere mentiendo dicens. Non riſi.
Gen̄. xviij. Cum ſuis mendacijs ad-
dunt aliquādo lachrymas falſe mu-
lieres. vt citius eis credat᷑. Sic vxor
ſamſōis fundebat lachrymas dicēs.
Odiſti me: ſe ſimulans ſamſonem di
ligere: cuius ſecretum poſtea retulit
quod celare promiſit Judicum. xvi.
Mentita eſt dalila ſimulans ſe ſam-
ſonem diligere donec ſecretū ſue for-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

titudinis reuelaret: quem poſtea fal
lens tradidit inimicis. Iud.xvi. Un
de talibus fallēter plorātibus dixit
q̄daꝫ poeta. vt flerēt oc̄los erudiere
ſuos. Unde. Dum burſa ſonat hoīs
ipſi ſpeciales erunt. Cum euꝫ depau
perauerint ditiores querunt. Dum
tibi prebet oſculum ⁊ magis lachry
matur. Ut hominem ſeduceret intē=
tio magis verſatur ⁊c. ¶ Fallacias
multas inueniūt mulieres: vt viros
ad luxuriam trahāt: ⁊ ſic ad ſuas vo
luptates alliciāt. Nā filie Loth be=
ne alios viros decepiſſent: ex quo pa
trem taliter deceperunt ꝙ ad luxu=
riam eum ⁊ inceſtum duplicem pro=
uocauerunt Geneſis.xix. Mulieres
moabitarum fornicari fecerūt filios
iſrael. Numeri.xxv. Domina cui io=
ſeph ſeruiebat fallere eū per luxuri=
am voluit: ſed nequiuit. Gen̄.xxxix.
Citius deceperunt populum mulie
res moabite q̄ dalila: vt habet Nu=
meri.xxx. Licet optima intentione
Judith holofernē per accenſionem
luxurie decepit. Judith.x. Herodi=
as per libidinē ſic demētauit Hero=
dem vt decollari faceret ioannē quē
iuſtū reputabat. Marci.v. Mat.xiiij
¶ Fallacias inueniūt auaritia ⁊ cu
piditate attracte. Sic rachel q̄ pro=
pter auaritiam furata fuerat idola
patris ſui ⁊ cum pater inſecutus ſu=
pellectileꝫ Jacob ſcrutaretur patrē
pulchra adinuentione deluſit. Gen̄.
xxxi. Saphira per auaritiam fura=
ta fuerat precium agri ⁊ credidit pe
trum decipere. et ipſa experta eſt di=
uinam vltionem. Actuum.v. ¶ Fal
lūt aliquādo mulieres iniquos volē
tes aliis nocere ex compaſſiōe ⁊ pie
tate detrahendo ⁊ eruendo de coruꝫ
manibus innocētes. Sicut obſtetri
ces pharaonem nolentes interfice=
re pueros filiorum iſrael: vt habetur
Exodi.i. Raab exploratores abſcon
dit et eos ad mortem querentes illu
ſit. Joſue.ij. Micol fecit fugere Da=
uid a ſaule querente eum occidere ⁊
poſuit ſimulachrum ſuper locum ſu
um: et ſic deluſit Saul ⁊ David libe
rauit.i. Regum.xix. Mulier abſcon
dit filios David ī puteo ⁊ poſuit ve=
lamen ſuper os putei: ⁊ ſic eos ſalua
uit et liberauit: et eos querentes de=
luſit.ij. Reg.xvij.

## Cap. quadrageſimū ſepti.

¶ De fide ad deum.

Fides ad deū:
Commendatorū perfectione oſten=
ditur.
Miraculoꝝ preceſſione extenditur.
Inimicorū abiectione attendit̄.
Periculoꝝ euaſione accendi tur.
Mira ſignoruꝫ oſtenſione defendit̄.
In deuotorum ſaluatiōe perpēdit̄.
Predicatorum inſtructione infun=
ditur.
Incredulorum vexatione pretēdit̄.

FIdem habentes magnā
⁊ deo credētes in ſcriptu
ra commendantur vt co=
rum exemplo credamus.
Nam credidit Abraham deo ⁊ repu
tatum eſt ei ad iuſtitiam. Genes.xv.
Moyſen de magna fide ꝯmendauit
ap̄ſus dicēs. Fide moyſes magnꝰ ef
fectus ē. Ad heb.xi. Mariā virgineꝫ
de magna fide cōmēdauit elizabeth
dicēs. Btā ea q̄ credidiſti qm̄ pficiē
tur ⁊c. Luc.i. Cōmendauit ſaluator
fidē Cēturiōis dicēs. Nō inueni tan
tā fidē in iſrael. Mat.viij. ¶ Creden
tes laudat dn̄s dicens eos eſſe btōs.
Bti qui nō viderūt et crediderūt ⁊c.
Jo.xx. de fide ꝯmendat̄ Stephanꝰ.
Nā dicit̄ ſtephanꝰ plenꝰ fide ⁊ ſpiri=
tuſancto. Act.vi. ¶ Fides aliqn̄ ac=
quirit̄ ex miraculis precedētibus et
oſtēſis. Dū eni hoīes vident miracu



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

la inducuntur citius ad credendum
Ideo poſtq̃ filij iſrael trãſierunt ma
re miraculoſe diuiſuȝ. ⁊ viderũt pha
raonem ſubmerſum timuerũt deum
⁊ crediderũt deo Exo. xiiij. Magi vi-
dentes ſtellam eius miraculoſe mõ-
ſtratam magnã ⁊ nouã fidem recepe
runt venientes de longinquo adora-
re paruulum puerũ ipm firmiter cre
dentes eſſe deum Matth. ij. Viſo mi
raculo de claudo ſanato per petrũ ⁊
ioannem factus eſt numerus credẽ-
tium quinq; milia. Act. iiij. Paulꝰ ⁊
Cornelius vario modo vtriq; oſten-
ſo ſibi miraculo eſt cõuerſus ad fideȝ
Actu. ix. ⁊ x. Proconſul videns ely-
mam magũ per paulum miraculoſe
cecatum credidit. Actuũ. xiij. ¶ Fi-
dei attribuitur victoria. ipa enim eſt
q̃ triumphũ habet de hoſtibꝰ. Iuxta
illud. Sancti per fidẽ vicerũt regna
Hebr. xi. Hec eſt enĩ victoria que vin
cit mundũ fides nr̃a. Iõ dixit Iona-
thas cum magna fide armigero ſuo
Nõ ẽ deo difficile ſaluare in multiſ vł
paucis: q̃ poſtea victoriam habuit. i.
Regũ. xiiij. Cũ magna fide dixit da-
uit ad goliath. Tu venis ad me cum
gladio haſta ⁊ clypeo. ego autem ad
te venio in noĩe dñi. ⁊ triumphauit ĩ
pugna. i. Reguȝ. xvij. Magna fides
qñ dixit Aza. Dñe non eſt apud te vl
la diſtantia vtrum in paucis auxilie
ris an in pluribus. ⁊ bellando victo-
riam habuit. ij. Paral. xiiij. Simile
dixit Iudas machabeus ſociis ⁊ ex-
titit triũphator. i. Mac. iij. ¶ Fides
facit hoĩem ſecurũ in omni periculo
⁊ aufert oẽm timorẽ ideo dixit. Ioſa
phat exercitui ſuo credite in dño deo
⁊ ſecuri eritiſ. ij. Paralip. xx. Eſdras
venturus in hieruſalẽ p̃ periculoſaȝ
viam noluit conductũ petere a rege.
ſed cum fide magna ꝯuertit ſe ad do
minũ ieiuniis ⁊ orationibꝰ. vt habet
i. Eſdre. viij. Videns Neemias tot im
minere pericula ⁊ laborẽ edificanti-
bus dixit cum fide magna. Deus no
ſter pugnabit pro nobis et nos ſecu-
ri faciemus opa. Neemi. iiij. Cũ ma-
gna ſecuritate dixerũt tres pueri re-
gi. Deus pater eripuit nos de mani
bus tuis Dañ. iij. Ex abundanti fide
et ſecuritate proceſſerant verba illo
rum ſeptem fratrum. ij. Machabeo.
vij. ¶ Fides operatur miracła ſu-
fidem habentes. Ideo xp̃s dixit. Si
habueritis tantã fidem q̃tũ granuȝ
ſinapis ⁊ dixeritis huic monti tolle-
re et mitte te in mare: fiet. Mat. xxi.
Mar. xi. Dicitur aũt ibideȝ. Signa
autem eos qui in me credent hec ſe-
quentur. In nomine meo eiicient de-
monia. Marci vltimo. Miracła eti
am recipiunt fidem habentes. Ideo
dñs propter fidem centurionis ſana
uit ſeruũ. Matthei. viij. Multum de
bet valere chriſtianis fides propria:
ſi tantuȝ valuit paralytico aliena q̃
ſanauit eũ. Luc. v. Matth. ix. Quia
mulier chananea magnam fideȝ ha-
buit ideo ſanitatem filie impetrauit
Matthei. xv. Credẽs pater pueri lu
natici dixit. Credo dñe adiuua incre
dulitatem meam. Marci. ix. Paulꝰ
vidẽs quendam qui nunq̃ ambula-
uerat habentem fidem ſanauit eum
Actuum. xiiij. ¶ Fides ſaluat ſiue
facit homines ſaluari. Ideo mulier
patiens fluxum ſanguinis ait intra
ſe. Si tetigero fimbriam veſtimenti
eius ſalua ero. et ſequitur. Confide fi
lia fides tua ſaluã te fecit: et ſanata
eſt. Matthei nono. Magna fuit ma-
gdalene fides propter quã chriſtus
dixit ei. Fides tua ſaluaȝ te fecit. va
de in pace Luce ſeptimo. Cuſtos car
ceris in quo erat Paulus vidẽs ter
remotum ⁊ carcerem apertum dixit
Quid me oportet facere vt ſaluus fi
am: reſpondit ei. Crede in Ieſum et
ſaluꝰ eris. Act. xvi. ¶ Fidẽ inſtruũt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et inſtruere debent peccatores ver-
bum dei populum audientē ⁊ ad eā
inducere nō credētes. Nā predicāte
petro in penthecoſte crederunt tria
milia virorū. Actu.ij. Multi ſamari
tani crediderūt in predicatiōe Phi
lippi: ⁊ etiā ſimon magus. Act. viij.
Poſtꝙ philippus predicauit eunu
cho dixit eunuchus. Ecce aqua ꝗs ꝓ
hibet me baptiſari. Dixit philippꝰ.
Si credideris in deū ex toto corde:
⁊ ait. Credo ī dominū Jeſum chriſtū
Actuum.viij. Quidam cyprij ⁊ cire
nei loquebantur ad gentes et multi
conuerſi ſunt ad fidem. Actuum.ix.
¶ Fidem non habentes vel modicā
habentes debent reprehendi ⁊ puni
ri. Jdeo quia Zacharias verbis an-
geli fidem nō adhibuit angelus cuꝫ
taciturnitate percuſſit dicens: Non
poteris loqui quouſqꝫ hec fient pro
eo ꝙ nō credidiſti. Luce.x. Puniuit
dñs illos de patria ſua propter carē
tiam fidei ſubtrahēdo virtutes ⁊ mi
racula. Nam quia de ſe ipi fidē non
habebant. Jpe ibi virtutes et mira-
cula non oſtendebat. Mat.xiij. Reꝑ
hendit ſaluator petrum dicēs. Mo-
dice fidei quare dubitaſti. Matthei
xiiij. Thomā etiā non credentē dñs
arguit dicens. Noli eſſe incredulus:
ſed fidelis. Joan.xx.

## Capi. quadrageſimūocta.

¶ De fide magna mulierū.
Fides mulierū ſanctarū q̄:
More virorū extollunt.
Verbis ſanctorū obſequunt.
Et credita ore loquunt.

FJdeles ſanctaruꝫ mulie
rum in ſacra ſcriptura ex
tollitur et laudatur. Nā
commendat apoſtolꝰ ad
hebreos.ix. Raab meretricem que
non perijt cum incredulis ſuſcipiēs
nuncios exploratores in pace. De q̄
bus dicitur Joſue ſecundo. Cōmen-
datur de fide ruth q̄ dixit ſocrui ſue.
Populus tuus populus meꝰ: ⁊ de-
us tuus deus meus: vt habet Ruth
primo. Redarguitur Sacharias ab
angelo de incredulitate: Sed eliza-
beth commendatur de fide: quia fi-
deliter exclamauit. Luc. primo. De
reſurrrectione domini mltos viros
legimus dubitaſſe: ſed de mulieribꝰ
nihil legimus tale: ſed ꝙ apparuit
primo marie magdalene et illa cre-
dens et currens: fideliter apoſtolis
nunciauit. Matthei.xxviij. Marci.
xvi. ¶ Fidem habent mulieres ſan-
cte credendo verbis ſanctorum viro
rum et eis fidem plenarie adhibēdo
ſic vidua ſareptena verbis fidem ad
hibuit: licet ille rem multum diffici-
lem ſibi iuberet.iij. Regum decimo-
ſeptimo. Alia mulier debitꝭ obliga-
ta verbis heliſei magnam adhibuit
fidem ⁊ vaſa mutuo acquiſiuit ⁊ ole
um multiplicatum. inuenit.iiij. Re-
gum.iiij. Lidia purpuraria paulo in
ſtruenti credidit: ⁊ baptiſata cū om-
ni domo ſua fuit. Actuum.xvi. ¶ Fi
dem non ſolum mulieres: ſed et viri
debent ore confiteri. Quia corde cre
ditur ad iuſtitiam ore autem fit con
feſſio ad ſalutem. Roma.x. Unde et
mundi creatorem et corporum reſur
rectionem confitebatur illa mulier
que ſeptem filios ad mortem pro dei
legibus animauit.ij. Machabeoruꝫ
vij. Anna prophetiſſa confitebatur
dñm ⁊ loquebat de illo omni volenti
audire Luce.ij. Mulier ſamaritana
confeſſa eſt fidem dicēs. Scio ꝙ meſ
ſias venit qui dicitur chriſtus. Joā.
iiij. Cōfeſſio fidei marthe ſimilis fu-
it confeſſioni petri. Joan.xi. quia di-
xit. Ego credidi ꝙ tu es chriſtus fili
us dei viui: vt ſupra. Joan.xi. De fi-
de mulieris ſanguiſflue chananee, ⁊
magdalene. quere cap.xlvi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Cap. quadrageſimũnonũ

¶ De fidelitate homini ſeruanda.
Fideles debent eſſe homines:
Obedientia vere parendo.
Beniuolentia ſe diligendo.
In preſentia bene ſe regendo.
Pleni ſciẽtia in cõſulendo.
Et incurrẽtia pacta tenendo.

Fideles debent eſſe ſerui
dñis ſuis ⁊ nunꝙ ſibi im-
poſita ꝑtermittere. Sic
Eleazar ſeruus abrahe fi
deliter egit ſibi commiſſum a dño ꝙ
iuit pro rebecca nuru eius: vt habet
Geñ. xxiiij. Jacob fideliter ſeruiuit
laban paſcẽdo fideliť ⁊ ſollicite gre-
ges. Geñ. xxxi. Erga dñm ſuũ ioſeph
ſe fideliter habuit qñ vxorẽ ei⁹ vrgẽ-
tẽ tangere recuſauit: vt habet Geñ.
xxxix. Noluit dauid tangere ſuũ do-
minũ perſequentẽ ſe cũ potuit eũ oc
cidere. i. Regũ. xxiiij. Armiger Sa-
ul: licet indiſcrete tñ fideliť ſe habu-
it: quia noluit viuere poſt mortẽ ei⁹.
i. Regũ. xxxi. hoc eſt vltimo. Fideliť
ſe habuerunt viri Jabes ad dñm ſuũ
quem multum honorifice ſepelierũt
i. Reg. xiij. Urias fidelis fuit nolens
requieſcere ĩ delitijs ꝙdiu Joab ei⁹
capitaneus eſſet ĩ exercitu ꝙtucũꝙ
requiſit⁹ eſſet a dauid vt requieſceret
ſup lectũ ſuum. ij. Reg. xi. Joab fuit
domino ſuo valde fidelis quando ca
piendo ciuitatis victoriam nõ ſibi ſ
dño prebuit. ij. Reg. xiij. Tres viri ro
buſtiſſimi viriliter defenderunt dñm
ſuum afferẽtes ei aquam de ciſterna
bethleem cum magno periculo per-
ſonarum. Paraľ. xij. ⁊ ij. Reg. xxiij.
¶ Fidelitatem inter ſe debẽt ſerua-
re amici tpe tribulationis et alteru-
trũ ſe iuuare. Sic Jonathas indica-
uit dauid iram patris et ipſum ꝙtũ
potuit excuſauit. i. Re. xix. Dixit da
uid ad filium abymelech amicũ ſuũ.
Non timeas ⁊ non paueas quicꝙ q
queſierunt animam tuam querent ⁊
meam. i. Reg. xxij. Cum fugeret da-
uid abſalon dixit ei ethay. Uiuit do-
minus in quocunꝙ loco fueris ſiue ĩ
vita ſiue in morte ero tecum. ij. Reg.
xv. Rex iſrael dixit regi Juda amico
ſuo. Ubi ego ibi ẽt tu et ſicut popul⁹
tuus: ſic et populus meus. ij. Para.
xviij. ¶ Fideles debent eſſe prelati
ſubditis: ⁊ eos more boni paſtoris et
non mercenarij fideliter defendere.
Ideo fideliter egit Joiada pontifex
cum Joas filio ioram: vt habet. iiij.
Reg. xi. Licet ipſe male recognouit
poſtea. ij. Parali. xxiiij. Onias ſum
mus pontifex fideliter laborauit vt
cuſtodiret depoſitum viduarũ ⁊ pau
perum qñ ſymeon voluit templũ do-
mini facere ſpoliari. ij. Macha. iij.
¶ Fideles debẽt eſſe homines in cõ
ſilijs et fideliter dare conſiliũ indigẽ
tibus. Sic Joſeph fideliter ſe habu
it erga pharaonem in conſilio quod
ei dedit per quod famẽ euaſit Gene.
xliiij. Uiri dauid dederũt ei fidele cõ
ſilium ꝙ ipſe non exiret cũ eis ad pre
lium vt nõ extinguat lucernã iſrael.
ij. Reg. xij. Diſcretum ⁊ fidele conſi-
liũ dederunt paulo quidã de aſia ne
ſederet in theatro. Act. ix. ¶ Fideli
tas ſeruanda eſt in ꝓmiſſis et homo
ex pacto id quod liber promittit ob-
ſeruet fideliter: ſicut raab fideliť ſe
habuit cum exploratorib⁹ quos ſal-
uare promiſit. Joſue. ij. Joſue etiam
fideliter ſe habuit erga eã ſaluando
eam ſicut exploratores promiſerãt.
Joſue. vi. Quis gabaonite fefelliſ-
ſent ioſue ⁊ populum eius. Tamẽ io
ſue et populus eius iuramenta ⁊ pa
cta facta cũ eis fideliter ſeruauerũt:
contra hoſtes eos fideliter defendẽ-
do. Joſue. x.

## Capitu. quinquageſimũ.

¶ De filijs erudiendis.
Filij inſtruendi ſunt a parētibus:
Cū reuerentia deū timere.
Summa decētia mala cauere.
Cū cōplacentia mores habere.

Filij inſtruendi ſunt ⁊ erudiendi. Primo ⁊ an̄ omnia diligendo deum ⁊ reuerēdo qd̄ ſi nō faciūt ꝑeunt mala morte. Nam quia filius mulieris iſraelite de viro egyptio fuerat male inſtructus: ſicut pluries tales ſpurij baſtardi bāchardini mali ſunt q̄ nō bene a parentibus inſtruūtur: pri⁹ blaſphemauit deū ꝗ poſtea fuit a populo de ꝑcepto dn̄i lapidatus. Leuitici. xxiiij. Precepit dominus filijs iſrael: vt docerent filios ſuos magnalia que fecerat eis: vt eū magis honorarent: vt habet̄ Deutero. x. Sollicitus erat Job de filijs ſuis ne forte deū offenderent. Ideo pro eis quotidie ſacrificiū offerebat omnibus parentibus in exemplū Job. j. Mater ſeptē fratrū mirabiliter inſtruebat eos in his q̄ dei erāt. ij. Machabeo. vij. ¶ Filij inſtruēdi corrigēdi ⁊ increpandi ſunt de vitijs q̄ committunt. Sic Jacob increpabat Joſeph filiū ſuum reuelantē ſomnia de ſupbia ⁊ ambitione per quā videbat velle patri ⁊ matri ⁊ fratribus dominari. Gen̄. xxxvij. Arguebat iacob filios ſuos de negligētia dicēs. Quare negligitis. Geneſ. xlij. Quia hely male corripuit filios ſuos ipſi ⁊ ipſe grauiter ſunt puniti. i. Reg. iiij. Contumax filius ⁊ ſupbus qui ꝑpter patris monita non dimiſit peccata: ꝑcipit a dn̄o lapidari. Deute. xxi. Adonias quia nō fuit correptus a patre volens ſuperbe regnare fuit a fratre occiſus. iij. Regū. ij. ¶ Filij erudiendi ſunt et docēdi bonos mores ⁊ operari virtutes. Sicut Dauid appropinquans ad mortem inſtruxit filiū ſuum Salomonem de regimine bono: quia regnare debebat. i. Paralipo. xxviij. et. iij. Regum. ij. Omni tēpore debet pater inſtruere filium bene agere. Nam Thobias docuit filium ſuū ab infantia. Thobie primo. Et poſtea in iuuētute. Thobie quarto. Poſtea ī morte vt habetur Thobie vltimo. Parentes multū debēt inſtruere filias quādo matrimonio traduntur vt bene in omnibus ſe habeant. Sicut parētes Sare monuerunt eam honorare ſocrum: diligere maritum: gubernare domum: ⁊ regere familiam: ⁊ ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. Thobie vndecimo. Quia parentes Suſanne cū eſſent iuſti et erudierūt eam ipſa noluit adulterio conſentire. Danielis tredecimo. Mathatias īſtruxit filios ſuos dans eis vnum ex fratribus in ducē ⁊ alium conſiliatorem omnibus nobilibus exemplum. primi Machabeorum. ij.

## Ca. quīquageſimūprimū.

¶ De fortitudine bona.
Fortes ⁊ ſtrenui debent eſſe viri potentes ad ſuccurrendū.
Pure viuentes ad aſſerendū.
Guerras agentes ad confringendū.
Bella gerentes ad acuendū.
Preuenientes ad inuadendū.
Se munientes ad reſiſtendū.

Talis fuit fortitudo abrahe qui audiēs eſſe captū Loth aſſumptis trecentis vernaculis ſuccurrit ei et debellauit quattuor reges et liberauit Loth: ⁊ reduxit eū cum tota ſubſtātia ⁊ ppl'z ſodomor̄. Gen̄. xiiij. Saul fortiter ⁊ viriliē ſuccurrit virꝫ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Jabes galaad obſeſſis. a naas ⁊ libe
rauit eos. vt habet̃. i. Regũ. xi. Joia
da ſtrennue eripuit regem de manu
Athalie ſuccurrens ioas puulo eie-
cto ꝑeũ a regno ⁊ ipm̃ ĩ regẽ regni ꝑ
diti coronauit. vt habetur. iiij. Reg.
xi. et. ij. Paral. xxiiij. ¶ Fortẽ ſtre-
nuum ⁊ audacem reddit hominem
puritas conſcientie ⁊ ad dicendũ ⁊
agendũ ſecure. ſic Jacob timẽs iur
gium dixit ad Laban. Quã ob cul-
pam Gene. xxxi. Propter veritatẽ
Jacob cui femur emarcuit luctanti
cum angelo. dixit angelus ei. Si cõ
tra deum fortis fuiſti ꝗto magis cõ
tra homines preualeas? Geñ. xxxi.
Moyſes purus ⁊ innocens audact̃
⁊ conſtanter ſtetit coram pharaone
arguens eum. Exodi. v. ⁊ ſequẽtib⁹
Judith quia puram ⁊ bonam inten
tionem habebat contra Holofernẽ
magnam ſtrennuitatẽ fecit Judith
xij. ⁊. xiiij. ¶ Fortes ſũt bellatores ĩ
prelijs ⁊ viriliter ⁊ ſtrennue bellan-
tes ⁊ maxime iuſtum bellũ. Sic phi
nees cum duodecim milib⁹ pugna-
torum madianitas et preter hoĩes
et mulieres qui occiſi ſunt. xxxij. mi
lia virginum duxit in predã. nec ali-
quis de ſuis eſt mortuus. Nũe. xxxi.
Caleph dixit ꝗ ita fortis erat ad bel
landum. in. lxxxv. anno. ſicut fuerat
in. xx. quando fuerat explorator. Jo
ſue. xiiij. Gedeon fortiſſim⁹ in trecen
tis viris maximum populum virilit̃
ſuperauit. Dixerat enim angelus ei
Dominus tecum virorꝫ fortiſſime.
Judi. vi. Et poſt hoc in illa fortitudi
ne liberauit iſrael. Judicũ. viij. Un⁹
formidoloſus diſſipat totum exerci-
tum. Ideo dixit Gedeon. Qui formi
doloſus eſt reuertatur. Judicꝫ. vij.
Sanſon multa fortia operatus eſt
contra philiſteos Judicꝫ. xv. ⁊. xvi.
Dauid fortiter ſuperauit leonem et
vrſum in eremo et goliath. i. Regꝫ.
xvij. Fortiter licet deſperati ſunt pre
lati. xij. pueri ex parte dauid et duo-
decim ex parte yſboſeth. ij. Regũ. ij.
Viriliter ꝑcuſſit Jehu duos reges ⁊
fratres Ozie et prophetas baal. iiij.
Regum. ix. ¶ Fortem reddunt exer
citum ꝯfortationes principum ⁊ du
cum exercit⁹. Jõ caleph ⁊ ioſue viri-
liter cõfortauerunt populũ dicẽtes.
Aſcendamus ⁊ poſſideam⁹ terram.
Nume. xiij. Moyſes dixit ad Joſue.
Cõfortare ⁊ eſto robuſtus tu introdu
ces ppl̃m Deute. xxvij. Pergens io
ſue ad bellum contra plures reges
erat in fronte exercitus confortans
alios ſequẽtes regibus ⁊ principib⁹
in exemplũ Joſue. viij. Captꝭ quinqꝫ
regibus: dixit ioſue pñcipibus. Po
nite pedes ſuꝑ colla regũ ⁊ nolite ti-
mere Joſue. v. Ayoth princeps con-
fortauit ppl̃m dicẽs. Sequimini me
tradidit dñs inimicos noſtros ĩ ma-
nibus noſtris. Judicum. iij. Judas
machabeus hortabatur milites ſu-
os dicens. Eſtote fortes in bello. pri-
mi Machabeorum. iiij. ⁊. ij. Macha.
viij. x. ⁊. xi. ¶ Fortis ⁊ audax debet
eſſe vir bellator ad preueniẽdũ. Naꝫ
ſm̃ Tullium. Melius eſt preuenire
ꝗ preueniri. Magnũ eñi habet auã-
tagium qui poteſt dare primos ict⁹.
Sic ſuperauit Dauid cum vno mili
te ad caſtra Saul et abſtulit ſceptrũ
⁊ ſcyphum ⁊ haſtam eius. i. Regum
xxvi. Jonathas cum ſolo armigero
intrauit in philiſteos et per eum filij
iſrael victoriam habuerunt vt habe
tur. i. Regum. xiiij. Tres milites da
uid intrauerunt caſtra philiſtinorꝫ
et diuiſerunt eos. ij. Regꝫ. xxiij. Ju-
das machabeus viriliter tranſiuit
iordanem et irruit in hoſtes ſuos. i.
Machabeorꝫ. v. Eleazar audacter
irruit in elephantem ⁊ occidit. licet
ipe ſit poſtea mortuus. i. Macha. vi.
Machabeus et ſocij in ore leonum:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

irruētes in hoſtes occiderunt multitudinem inimicorum.ij. Macha.xi. ¶ Fortis eſt nihilominꝰ ⁊ ſtrēnuus qui ſtrēnue ⁊ valent̄ reſiſtit. licet aliquādo preueniatur. Jō filij iſrael armati receſſerūt de terra egypti vt ſe ab inſeqntibus tuerent̄ Exo.xiij. Filij iſrael vna manu edificabāt ⁊ alia tenebāt gladiū vt reſiſterēt inimicis. Neemi.iiij. Audiētes filij iſrl̄ potentiam holofernis viriliter parauerūt ſe ad reſiſtendum ei Judith.iiij. Magnā fortitudinē habuit Mathatias ad reſiſtenduꝫ hoſtibus iudeorum.i. Mach.ij. Fortitudo pfectiſſima eſt tolerātia aduerſarioꝝ. Vñ dicit philoſophus.ij. Rheto. Fortitudo ē cōſiderata piculorū ſuſceptio ⁊ laborū perpeſſio. tali fortitudine apud deū tolerauerūt fornacem pueri dicētes regi. Deꝰ pōt nos eripere de camino ignis. Daniel̄.iij. Stephanꝰ plenus gr̄a ⁊ fortitudine viril̄r ſuſtinuit lapides. Et ſic de alijs martyribus. Actuum.vij.

## Ca.quinquageſimūſecun.

¶ De fortitudine mulierū:
Fortes ſunt aliquādo mulieres.
Ad virorum liberationem.
Ad aduerſorum tolerationē.
Ad amoris demonſtrationē.

Fortes inuētę ſunt mulieres ad ſaluandū viros in ſacra ſcriptura aliquādo ſe periculis exponentes Nam delbora ſic ſua fortitudine populū liberauit cuꝫ iudicaret iſrael ꝙ Barach noluit exercitū ducere ipſa ꝯſulēte niſi ipſa iret cum eo Judi.iiij. Viriliter ſaluauit Abygail virū ſuū a morte ⁊ diſſipatione.i. Reguꝫ.xxv. Magno periculo expoſuit Heſter ſe vt populū liberaret a lata ſententia Heſter.vi. Judith fuit in magnis periculis vt holofernem occideret ⁊ populum liberaret Judith.xiij. ¶ Fortes etiam inuente ſunt mulieres ad ſuſtinendū aduerſa. Ideo dixit Booſ ad Ruth q̄ erat vidua de ſua terra egreſſa. Scit omnis populus mulierem eſſe virtutis Ruth.iij. Graue improperiuꝫ ſuſtinuit Sara filia raguelis ab ancilla nil ei reſpondens Thobie.iij. Mulier mater filiorum ſeptem fuit valde fortiter tormētata ſuſtinendo duplicia in filijs ⁊ etiā in ſeipa.ij. Machabeorū.vij. In paſſione filij maria fuit fortiſſima. quia ſtantis iuxta crucē filij gladiꝰ paſſionis ipſius aīam pertranſiuit ſm vaticinium Symeonis. vt habetur Luce.ij. Joan.xix. De ſtatiōe iuxta crucem. ¶ Fortem facit mulierem ⁊ audacem amor inflammans. ita vt calefacta igne amoris non paueat quid occurrat. Vñ inuētę ſunt mulieres q̄ ardore filiorum ſuccenſe leonibus q̄ filios rapuerunt occurriſſe leguntur Sic magna fuit magdalene fortitudo ⁊ audacia que amore xp̄i ſuccenſa in paſſiōe affuit. iudeos armatos et crudeliſſimos nō expauit. totiens ad ſepulchrū veniēs vallatum cuſtodibus recedentibuſq; diſcipulis non recedebat. audacter etiā dicebat. Dñe ſi tu ſuſtuliſti euꝫ dicito mihi. vbi poſuiſti eum. vt habet̄ Joan.xx.

## Ca.quinquageſimūtertiū.

¶ De fortitudine malorū.
Fortes ſunt homines mali:
Ad offendendā innocentiā.
Inferendā violentiā.
Poſtponendā reuerētiā.

Fortes ſunt mali ad nocendum innocentibus. et eis anteq̄ noceant ſe multis periculis exponētes qui poſtea fine peſſimo terminantur. Sic fortis fuit Cayn quādo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inſurrexit in fratrem innocentē ⁊ oc
cidit eum. ſed ipſe poſtea ſimilit̄ occi
ſus. Geñ. iiij. Abimelech multum la
borauit occidendo. lxx. fratres ſuos
innocentes. Judicū. ix. Multis peri
culis ⁊ laboribus expoſuit ſe ſaul p̲
ſequēdo dauid ꝫ nequitiā ſui animi
nō p̲fecit. vt dicit̄. i. Reg. xviij. Simi
liter ſaul mł'tos labores aſſumpſit ⁊
periculis ſe expoſuit et male euenit
ij. Reg. xv. xvi. ⁊ xviij. Plures q̄ .xl.
iudei vouerūt ſe non comeſturos do
nec occiderent paulū innocētē Act.
xxiij. ¶ Fortes ſunt mali ad mouen
das guerras ⁊ bella ſe mult; pericu
lis exponētes. Nā multū laborauerunt illi q̄ttuor reges q̄ poſt magnā
ſtragē hoīm debellauerūt regē ſodo
morū. ⁊ Loth ī captiuitatē ducebāt.
Geñ. xxiiij. Terras multas p̲ambu
lauit ⁊ deuaſtauit holofernes multa
bella p̲curans ⁊ mouens. tñ vna mu
lier decapitauit eum anteq̄ƺ comple
ret deſideriū ſuum. Judith. p̲ totum.
De hac materia require plura cap.
xliij. ¶ Fortes ſunt mali hoīes volen
do ſe cōtra deū erigere et op̲a diuina
minuere. Jdeo Jeroboā multū labo
rauit vt poſſet populum a dño dauid
⁊ a cultura dei ſeducere. iij. Reg. xij.
Antioch⁹ multū laborē ſuſtinuit vt
cultū dei deſtrueret in iudea ⁊ tandē
depauperatus ⁊ ꝯfuſus in terra alie
na miſerabiliter eſt defunct⁹. ij. Ma
cha. ix. Nō ſolū prudētiores ſed ⁊ fer
uētiores ſunt filij hui⁹ ſeculi filijs lu
cis. Lu. xvi. Nam alijs dormiētibus
diſcipulis iudas tractans p̲ditionē
xp̄i ſollicite vigilabat. Matth. xvi.
Principes ſacerdotū multa ſollici
tudine fatigati ſunt vt nomē xp̄i poſ
ſent extinguere. Nā cuſtodes ſepul
chri corruperunt pecunia. Matthei
vltimo. Et diſcipulos ei⁹ incarcera
uerūt. ⁊ preceperunt ne in noīe Jeſu
loqueret̄ Actuum. iiij.

## Ca. quīquageſimūquartū.

¶ De gratijs agendis deo.
Grates ſunt reddende:
Pro bñficiorꝫ receptione gratifica.
Periculorū euaſione mirifica.
Inimicorū eiectiōe magnifica.
Pro filiorū adoptione edifica.
Pro infirmorꝫ ſanatiōe deifica.
Pro ciborū aſſumptione pacifica.

Grates ſunt agende ⁊ red
dende deo generalit̄ pro
multitudine beneficiorū
que a deo recepimus. Jō
iacob poſt multa bñficia q̄ a deo abū
danter receperat ditat⁹ plen⁹ liber;
⁊ oīb⁹ bonis gratias agebat dño di
cēs. Dñe minor ſum oīm ⁊c. Gene.
xxxij. Audiens dauid multa bñficia
p̲miſſa grās humilit̄ egit. ij. Reguꝫ
xvij. Daniel de multis bñficijs que a
deo acceperat: benedixit dñm dicēs
Sit nomē dñi benedictū. Daniel. ij.
Paul⁹ ap̄ls gratias agebat p̲ bene
ficijs ſibi a deo collatis dicēs. Grati
as ago deo meo. i. Corinth. i. Jtē gra
tias agebat pro bñficijs fratrib⁹ col
latis ⁊ oēs hoīes ad agendas grati
as inducebat dicēs. Semper gaude
te. ſine intermiſſione orate. in omni
bus gratias agite. Ad Epheſi. v. ⁊ i.
Theſſ. v. ¶ Gratie reddēde ſunt deo
ſingulariter pro liberatiōe ⁊ euaſio
ne periculorꝫ ⁊ tribulationū. Jō vo
luit dñs vt tribulatio illorꝫ filiorꝫ iſrł
de ſeruitute pharaōis nunq̄ƺ recede
ret ab eorꝫ memoria dicēs. Erit qua
ſi ſignū ī manu tua. Exo. xiij. Poſtq̄ƺ
filij iſrael liberati ſunt tranſito mari
rubro dixerunt. Cantemus domino
glorioſe. Exodi. xv. Tres pueri bene
dicebant deum de ignis incēdio libe
rati. Daniel. iij. Scripſerunt iudei ⁊
populus Ariſtobolo de magnis pe
riculis liberati. ij. Machabeorum. i.
¶ Gratie reddende ſunt deo pro tri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

umphis ꝛ victorijs inimicorū q̄ diui
na bonitate obtinuerunt. Ideo poſt
mirabilem victoriā habitam a filijs
iſrael obtulerunt dño dona. Nume.
xxxi. Similiter poſt victoriam de ſi-
zara barath et delbora dño grās ce
cinerūt. Judi. iiij. Habita victoria et
mundato templo ꝑ iudā machabeū
benedixerunt in celū. i. Machabeo-
rū. iiij. Victo ꝛ debellato Timotheo
ſimiliter per iudam in hymnis ꝛ con
feſſionibus benedicebāt. ij. Macha.
x. ¶ Grate gratie referēde ſunt deo
pro impetratione ſiue redemptione
filiorum bonorū. Sic laudauit dñm
Anna pro gratia quā accepit abla-
to ſterilitatis opprobrio. i. Reguꝫ. ij.
Pro ſalomone dicitur. Benedictꝰ
dominus qui dedit dauid filiuꝫ ſapi-
entiſſimum. iij. Regum. v. Poſt con
ceptionem filij dei in ſe beata maria
virgo laudauit dñm dicens. Magni
ficat anima mea dñꝫ: ꝛ exultauit ſpi-
ritus meus ꝛc̄. Luce. i. Nato Joāne
zacharias laudauit dñm dicēs. Be-
nedictus dñs deus iſrael ꝛc̄. Luce. i.
¶ Gratias debet hō agere pro ſani-
tate a deo recepta. vel in ſe vł in alio
Nam cuꝫ Thobias recuperaſſet vi-
ſum. ipe et vxor eius ꝛ nati glorifica-
bāt deū. Thobie. xi. Turbe videntes
paralyticum curatuꝫ a domino. glo
rificabant dñm qui dedit taleꝫ pote-
ſtateꝫ ꝛc̄. Matth. ix. Marci. ij. Poſt
vitam ꝛ ſalutem adoleſcenti traditā
accepit oēs timor ꝛ glorificabant de
um Luce. vij. Unus de decem lepro-
ſis curatis reuerſus eſt cum magna
voce magnificans dominū Luc. xvij
Claudus ſanatus a petro ſurrexit ꝛ
ambulans et exiliens laudās deum
Act. iij. ¶ Grās referre debēt hoies
deo ꝓ victualibꝰ q̄ dñs conceſſit eis
ad ſuſtinendā vitam corporalē. Si-
cut religioſi faciunt exemplo xp̄i et
oīm apłorum, vñ Criſoſt. Gratiaruꝫ
actio ad plus dandum eſt imitatio ꝛ
Grego. Non eſt dignus dandis q̄ nō
egit deo grates de datiſ. Debemꝰ au
tē deū laudare añ aſſumptioneꝫ cibi
qui parat nobis eſcas. ꝛ omni carni
aperiens manum ſuam. et implens
omne animal benedictione. Sic fe-
cit xp̄s añ multiplicationē panū qñ
voluit turbaꝫ paſcere in deſerto. qui
ſuſpexit ī celū grās agēs. Mat. xiiij.
Poſt cenā etiā laudare debemꝰ deū
ꝛ grās referre q̄ nos ſatiauit ꝛ pauit
Exemplo xp̄i ꝛ apłorū qui poſt cenā
dixerūt hymnū anteq̄ exirēt in mon
tē. Matthei. xxvi. In preparatione
ſpiritualis ꝛ angelici cibi ſcꝫ eucha-
riſtie ꝛ in eiꝰ cōſecratione ꝛ ꝯmunio
ne agende ſunt deo magne grē. Exē
plo xp̄i q̄ accepit paneꝫ in venerabi-
les manꝰ ſuas ꝛ grās agēs bñdixit.
ꝛc̄. Matthei. xxvi.

## Ca. quiquageſimūquintū

¶ De gratitudine ſeruāda homini.
Gratus debet eſſe homo:
Liberantibus operoſe.
Dona dantibus generoſe.
Declarantibus ſerioſe.
Amicātibus gratioſe.
Laborantibus virtuoſe.

GRatus debet eſſe homo
ei q̄ euꝫ de aliquo ꝑiculo
liberauit. vel ī aliq̄ tribu
latiōe iuuit. Sic gratꝰ fu
it abrahe rex ſodomoruꝫ q̄ liberauit
eū ꝛ ppł'n eiꝰ de p̄da q̄ttuor regū offe
rēs ei oīa ſpolia. ſed ille liberatꝰ nihil
voluit recipe. Gen̄. xiiij. Et moyſes
liberauit filias Jetro ſacerdotꝫ fuit
ei gratꝰ. Exo. ij. Bñ remunerauit io-
ſue raab q̄ liberauerat exploratores
ab hoſtibus Joſue. vi. Cū gedeō libe
raſſet populū gratus populus dixit
Dñare tu nobis Judicū. viij. Thobi
as gratꝰ fuit raphaeli q̄ liberauerat
eū a cecitate: vxorē a demonio ꝛ filiū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a deuoratione piſcis: offerẽs ei mul-
ta: quia hominem credebat eum eſſe
Thobie. xij. Naaman liberatus a le
pra multa dona obtulit Heliſeo licet
ipſe renueret. iiij. Regum. v. ¶ Gra-
tus debet eſſe hõ laborãti ⁊ fatigato
in eius ſeruitio ei retribuendo: vt de
cet. Ideo abrahã oblata a rege ſodo
morũ: licet pro ſe tanq̃ liberal' reſpu
erat: voluit tñ vt ſocij partẽ prede ha
berent: qui ſecum pro eo fatigati fue
rãt. Geñ. xiiij. Dixit laban ad iacob
Naz quia frater meus es nõ ſeruies
mihi gratis. Geñ. xxix. Regratiatꝰ
eſt Dauid ſeruis et viris Jabes q̃ la
borauerãt ad ſepeliendũ ſaul dicẽs.
Bñdicti vos a dño q̃ feciſtis miam
hanc cũ dño veſtro ſaul et ſepeliſtis
eum. ij. Regũ. ij. Helyas aſcenſurus
in paradiſum remunerauit heliſeuz
qui ſeruierat ei. iiij. Reg. ij. ¶ Gratꝰ
debet homo eſſe illis a quibus rece-
pit dona vel bona cui ſemper obliga
tus eſt ſi non retribuit. Ideo labã vi
dens iocalia que ſeruus abrahe de-
derat rebecce ſorori ſue. dixit ei. In-
gredere benedicte domine cur foris
ſtas: ⁊ preparauit ei conuiuium. Ge
neſis. xxiiij. Quia regina ſaba mul-
ta dederat ſalomoni retribuit ei ſalo
mon ſicut gratus. ij. Regum. x. Hely
as ꝓpter beneficia recepta a vidua
eius filiũ a morte ſuſcitauit. iiij. Re-
gum. xvij. Heliſeus bene remunerat
mulierem ſunanimitem apud quaz
tranſire ⁊ habitare conſueuerat im-
petrans ei filiũ et ſuſcitãs. iiij. Reg.
iiij. Plene recognoſcebat paulꝰ col
lata beneficia dicens. Sicut angelũ
dei recepiſtis me. Gala. iiij. ¶ Grati
debent eſſe homines multum inſtru
ctoribus ⁊ doctoribꝰ: q2 vt cõmenta
tor ait. Patribꝰ et doctoribꝰ nõ poſ-
ſumꝰ reddere equiualens nec poſſu-
mus eſſe nimis grati. Sic pharao
multũ fuit gratꝰ ioſeph q̃ eum viſio-
nem ⁊ interpretationem docuit et in
agẽdis cõſuluit quẽ pharao magni-
ficee ſublimauit. Geñ. xli. Nabucho-
donoſor et balthaſar bene retribue-
runt Danieli pro eruditione eorũ ⁊
terpretatione viſionũ ⁊ ſomniorum.
Dañ. ij. ⁊. v. ¶ Gratꝰ debet eſſe hõ a-
micis ⁊ heredibꝰ eoꝝ. Jõ q2 Cyneus
amicus fuerat ⁊ bñ ſe habuerat de fi
lijs iſrael pepcerat ei ſaul. i. Regum
xv. Dixit dauid ad abymelech cuiꝰ
pater fuerat mortuꝰ pro eo mane me
cum qui queſierit animã tuã: queret
meã. i. Reguz. xxij. Retribuit dauid
gratiã mifiboſeth pro gratia ⁊ ami-
citia patris: vt dicit. ij. Reg. ix.

## Cap. quiquageſimũſextũ.

¶ De gula ⁊ ebrietate.

Gule vitiũ ſolet:
Inducere temptationes.
Veneris adducere pollutiones.
Mentis inducere euacuationes.
Juris deducere ſubuerſiones.
Cordis perducere duritiones.
Necis adducere occaſiones.

Gule vitium in temptatio
ne obtinet primũ locum.
Nã quia comedere et bi-
bere ſũt de neceſſitate na
ture. Diabolus ibi laqueũ tẽptatio-
nis abſcondit vbi neceſſitatẽ eſſe no
uit. Sic eñ primo de vitio gule pmũ
hoiem in paradiſo tẽptauit. imo ⁊vi
cit. Geñ. iij. Pria tẽptatio filioꝝ iſrl'
fuit de potu: ſcda de cibo. Exo. xv. et.
xvij. Volẽs diabolꝰ ſaluatorẽ experi
ri prius ipm de gula q̃ de alio vitio
tẽptauit vl' tẽptare pmiſit. Matth.
iiij. ¶ Gule vitiũ incẽdit ⁊ luxuriam
mittit. Hier. q2 venẽ ⁊ genitalia ſũt ꝓ
pinqua: Jõ venẽ mero eſtuãs de faci
li ſpumat ĩ libidinẽ. Hic eſt q2 Loth
q̃ in zodomis bonꝰ fuit forj ſebriatꝰ
cũ ꝓprijs filiabꝰ peccauit ⁊ duplicẽ
inceſtum cõmiſit. Geñ. xix. In cuiꝰ ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gura dictum eſt. Spiritus immun=
dus id eſt luxuria habitat in ſepul=
chris. id eſt in hoībꝰ guloſis. Juxta
illud pſal. Sepulchrū patēs eſt gut
tur eorum. Et demones petierunt in
porcos intrare. i. temptatione luxu=
rie in guloſos Luce. viij. Marci. v.
¶ Gule vitium hominem infamat ⁊
dementat. ita vt ſeipſum ⁊ quicquid
facere debeat nō cognoſcat. Nā noe
qui erat vir perfectꝰ inebriatꝰ ſic de=
mētatus eſt: vt poſtpoſita oī verecū=
dia denudatus iaceret Geñ. ix. Sa=
tis ſtultꝰ ⁊ demēs factus eſt eſau qui
ꝓpter lentis eduliū vendidit primo
genita fratri ſuo. vt habetur Geneſ.
xxv. In queſtione triū ſapientum de
fortitudine dixit vnus. Uinū preua=
let oībus q̄ bibūt illud. ꝑualet. ſ. mu=
tando de ſapiente in ſtultū. iij. Eſdre
iij. In eſaia dicitur. Abſorpti ſunt a
vino. ſcz propter ebrietatem. vt dicit
Eſaie. xxviij. ¶ Gule vitium deordi=
nat hominem in omnibꝰ: ſcz inludis
in verbis ſeu actibus. et in omnibus
operibus malis. Ideo ſedit populꝰ
manducare et bibere et ſurrexerunt
ludere Exodi. xxxij. In epulis homi
nes fiūt loquaciores ⁊ inordinate au
ditores. Ideo ſichemite īter epulas
⁊ pocula maledicebāt Abymelech
Judi. ix. De inordinato populo dici
tur. Comederunt ⁊ ſaturati ⁊ impin
guati ſunt et prouocauerunt te. ſcili
cet ꝓpter inordinationes ſuas. Nee
mie. ix. De inordinatione guloſoruz
dicit̄. Uocauit deus ad fletum et ad
planctum. Et ecce gaudium ⁊ letiti
am occidere vitulos. iugulare arie=
tes. bibere vinuz ⁊ comedere carnes
Comedamus et bibamꝰ cras enim
moriemur. Eſaie. xxij. Propter inor
dinationes filiorum ſuorum Job in
comeſſationibꝰ ⁊ in epulis offerebat
quotidie ſctūs Job holocauſta. Job
i. capit. Propt̄ inordinata verba in
epulis dicta diues epulo cruciatur
in lingua Luce. xv. ¶ Gule vitium ⁊
ſi deteſtabile eſt in omnibus homini
bus: in clericis tñ ⁊ religioſis eſt ma
gis deteſtandum. ideo dixit dominꝰ
ad Aaron Uinum ⁊ omne qḋ inebri=
at nō bibetis tu ⁊ filij tui ⁊ qñ intrabi
tis tabernaculum Leuiti. x. Nume.
vi. Filij hely ſacerdotis qui in taber
naculo ſeruiebant nolebant accipe=
re carnes coctas in ſacrificijs ſ3 cru=
das vt lautius ſue cupiditati ꝑpara
rent. i. Reg. ij. Religioſi ⁊ clerici qui
habēt circa diuina obſeq̄a ſedule de
ſeruire attendāt ad diſcipl̄os q̄ poſt
cenā iuerūt ⁊ oculi eoꝝ erāt grauati
a ſomno vt nō poſſent cū dño vna ho=
ra in ōne ſolūmodo vigilare. Mat
thei. xxvi. ¶ Gule vitiū multotiens
cauſa vl̄ occaſio ē mortis. Nā iuxta
ſapientis ſententiā. Per crapulam
multi perierūt. Uñ philiſteis epulā
tibus ⁊ letantibꝰ domꝰ cecidit ſuper
eos Judic. xvi. Amon in conuiuio te
mulentus fuit ab Abſalone occiſus
ij. Re. xiij. Comedit ionathas modi=
cum mellis cōtra preceptū p̄ris. ⁊ fu
it cōdēnatus ad mortē. ſed ppl̄s ipm
liberauit. i. Regum. xiiij. Benadab
rex ſyrie temulentus per principum
prouinciaꝝ pueros ad mortē ē fuga
tus. iij. Regū. xx. Filijs iob veſcēti=
bus ⁊ bibentibus vinū domꝰ cecidit
ſup eos ⁊ oppreſſit eos. Job. i. Pro=
pter ebrietatē holofernis Judith ha
buit opportunitatē ad eū occidēdū.
Judith. xij. Reuerſus ē Amon a cō=
uiuio letus ⁊ ſtatim fuit cū duabꝰ fi=
liabus ⁊ cum decez filijs occiſus. He
ſter. ix. Fecit ptholemeus conuiuiuz
ſymoni et eum cum duobus filijs in=
terfecit. i. Machabeo. vlti. In conui
uio natalis Herodis regis fuit inno
cens ſanctus ioannes baptiſta pro=
pter veritatem miſerrime decollatꝰ
vt habetur Mar. vi. Matthei. xiiij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Ca. quinquageſimū ſepti.

¶ De homicidio ⁊ occiſione.
Homicidia cōmittunt:
Ab inuidentiū iniquitate.
A defendentiū nobilitate.
A ſuperbientiū ſublimitate.
A laſciuientiū carnalitate.
A decipientiū ſeueritate.
Ex retinētiū vix equitate.
Sed delinquentiū penā pēſate.

Homicidiuꝫ ꝓcedit aliqñ ex inuidia q̄ videt aliqs illū cui inuidet ꝓſperari occidit eū ne ꝓſperet am plius. Sicut cayn motꝰ inuidia fratrem ſuū occidit Gen. iiij. Tāta erat affectio ſaul ad occidēdū dauid propter inuidiā quā habebat ei ꝙ ipſuꝫ non valens occidere occidit abimelech. quia cōfortauerat dauid. ⁊ occidit ſimiliter alios ſacerdotes cū mulieribus ⁊ paruulis eorundē. i. Reg. xxij. Judei occiderūt ſaluatorē ſoluꝫ moti inuidia. Sciebat eñ Pylatꝰ ꝙ ſolū ꝓpter inuidiā traderent eum Matthei. xxvij. ¶ Homicidiū fit aliquādo ꝓpter defenſionem ſuam vel alioꝝ. ſic Moyſes occidit egyptiū calumniantē hebreuꝫ vt defenderet fratrem ſuum. Exodi. ij. Aliqñ occidit homo aliquē ꝓpter defenſionem patrie vł gētis ſue. ſic dauid occidit golyā ꝓpter defenſionē ppłi ſui iſrael cui ille plurimū inſultabat. vt habet. i. Reg. xvij. Occidit abner Aſahel pſequentē ſe ad occidēdū. nec volentē a perſecutione deſiſtere. ij. Regū. ij. ¶ Homicidia aliqñ cōmittuntur propter ſuperbiā ⁊ ambitionem dominij Sicut abimelech occidit ſeptuaginta fratres ſuos vt ipſe ſolus dominiuꝫ obtineret Judic. ix. Zambri occidit Elam dominum ſuum temulentum vt regnaret poſt eum. iij. Reguꝫ. xvi. Athalia tanta libidine exarſit dominādi ꝙ omne ſemē regium interfecit. iiij. Reguꝫ. xi. Sellus cogitauit cōtra zachariā dñm ſuum ⁊ interfecit eum vt regnaret poſt eū. iiij. Reguꝫ. xv. Ptholemeus occidi fecit Alexandruꝫ regem vt regnum qđ deſiderauerat poſſideret. i. Macha. xi. ¶ Homicidia fiunt ſepe ꝓpt luxuriam. propter quā cauſam tam in ſacra ſcriptura ꝙ in antiquoꝝ geſtis multi leguntur occiſi. Nam propter luxuriam ſichem deflorantis Dynam filiam iacob: ipſe cum patre ⁊ populo ab ipſis dyne fratribus eſt occiſus Geneſis. xxxiiij. Occaſione vxoris leuite incredule vxoris vexate luxuria: occiſa eſt maxima multitudo Judi. xx. Dauid vt liberius cū Berſabee vacaret libidini. fidelem militem occidi fecit. ij. Regum. xi. Amon propter luxuriam quaꝫ exercuit in thamar ab abſalone in conuiuio eſt occiſus. ij. Regum. xiij. Adonias quia vxorē patris petijt in vxorem fuit Salomonis ſententia occiſus. iij. Reguꝫ. ij. ¶ Homicidia multa exercēt proditores ⁊ ꝓditorie. Sicut Joab miſſus nūcius vt Abner rediret pacifice ad dauid cum loqueretur ei percuſſit in inguine et occidit eum. ij. Regum. iij. Iteꝫ Joab tenēs mentum amaſe ſalutans eum ⁊ quaſi deſiderans eum oſculari percuſſit eum latenter et proditorie occidit. ij. Regum. xx. Occidit triphon Jonathan et duos filios eius cum recepiſſet pro liberatione eiꝰ duos filios obſides. et triginta talenta argentea a ſimone ſacerdote ⁊ duobus filijs eiꝰ quaſi volēs eos honorare. in quo cōuiuio eos proditorie interfecit. vt habetur. i. Machabeoꝝ vlti. ¶ Homicidium fit aliquando iuſte: cum occiduntur homines ex iuſtitia. coꝝ exigentibus culpis. Nam quia Zebee

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et Salmana occiderunt fratrē Ge=
deonis iuſte ⁊ rationabiliter ſunt ab
eo occiſi. Quia omīs qui acceperit
gladium gladio peribit. Judic. viij.
Matthei. xvi. Juſte fecit Dauid oc=
cidi adoleſcentē, quia ſe ſaulē domi
num ſuum dixerat occidiſſe. ij. Reg.
i. Quia ioab occiderat duos viros ꝓ
ditorie. ſcilicet abner ⁊ aman ipſum
iuſtiſſimus ſalomon mandauit occi
di. iij. Regum. ij. Duo ſenes peſſimi
qui Suſannam condemnauerāt in
mortē iuſſi fuerunt a populo lapida
ri Dan̄. xiij. Ananias ⁊ zaphira do=
mino mentientes. dei ⁊ petri ſenten=
tia ſunt occiſi Actu. v. ¶ Homicidi=
um valde deo diſplicet inter om̄ia vi
tia ip̄m legitur grauiter puniſſe. Nā
homicidium cayn punuit acerbe. et
tamen adhuc nō erat prohibitum le
ge ſcripta. Geneſis. iiij. Unde vt oſtē
deret dominus ꝙ ipſe homicidiū ab
horreret. et homo etiam abhorrere
debet ſub figure velamine carnē cū
ſanguine prohibuit comedi Leuiti.
ix. Homicida in anima debet reputa
ri mortuus et occiſus. Jdeo dicebat
rebecca timens ne eſau occideret ia
cob cur orbabor vtroꝗ filio vno die
ſcilicet vno ī anima. alio in corpore.
Geneſis. xxvij. Tantum offenditur
deus innoxium ſanguinem effundē
do: ꝙ voluit ꝙ dauid qui ſanguinem
innoxium effuderat etiam occidi de
beret ⁊ ꝙ ei Salomon templum edi
ficaret et non dauid qd̄ et Salomon
fecit. iij. Regum. vij. Quia Joas fe=
cit Zachariam iniuſte occidi. grau
ter fuit punitus a dn̄o. quia diuina ꝑ
miſſione eſt occiſus. nec in ſepulchro
regio eſt ſepultus. ij. Paral. xxiiij.
Unde dicit quidā ſanctiſſim⁹ doctor
hortans ⁊ ammonens quemlibet ho
micidam vt peniteat: hoc modo O
homicida quid feciſti. ſi totū orbem
terre combuſſiſſes: celū deſtruxiſſes:
paradiſum ſpoliaſſes: deū nō intan=
tum turbaſſes ꝙ ꝙ fudiſti ſanguinē
pro quo dominus noſter Jeſus chri=
ſtus ſuum ſanguinem roſeū effudit.
Interemiſti eum hominem quem de
us viuificauit: conuertere ⁊ age pe=
nitentiā. ⁊ erit tibi venia a deo.

## Ca. quinquageſimūocta.

¶ De honore parentū.

Honorare debemus parentes eis lo
quendo cū reuerētia.
Eis parēdo cū obediētia.
Opus bonũ placet deo. ꝛ in quolibet ſtatu illud precipit ↄſulit. ꝛ hortatꝛ Jõ in ſtatu innocẽtie poſuit deus hoĩem in paradiſum voluptatis vt operareꝛ ꝛ cuſtodiret illud. Geñ. ij. Similiꝛ poſt peccatuꝫ miſit deꝰ hoĩem de paradiſo vt opareꝛ terrã. Geñ. iij. Laudabilia opa patruꝫ ꝑcepit dñs imitari di. Si filij abrahe eſtis opa abrahe facite Joã. viij. Propter hãc cãm diciꝛ in omni gẽte qui timet ꝛ operaꝛ iuſticiaꝫ acceptus eſt illi Actu. xvi. Ut dño placeret Paulus mãſit cum aq̃la. Actu. xviij. ¶ Opus bonũ et valde deo acceptũ eſt edificare eccl̃ias cui deus dat bonã perfectionẽ. Nã ſalomon in modico tp̃e opus templi maximi ↄſummauit. vt habeꝛ. iij. Regũ. vij. Filij iſrael ceperũt edificare tẽpluꝫ anteq̃ alia opa ſeu domus inchoarenꝛ Neem. ij. vſq; ad. vij. Precepit darius vt edificareꝛ domꝰ dei in hieruſalem ꝛ darentur ſumptus de archa regis ne impedireꝛ opus. vt habetur. i. Eſdre. vi. ¶ Opus eñ bonũ habet mltos impeditores. Nã opa q̃ filij tranſmigrationis faciebãt in reditu babylonis fuerũt ſepe ab impedientibus moleſtata. i. Eſdre. iiij. Illud opus piũ qđ Magdalena exercuit in vnguẽto caput ꝛ pedes domini. iudas cũ alijs diſcipulis voluit impedire. Mar. xiiij. ¶ Opus bonũ manifeſtat hoĩeꝫ ſicut fructꝰ manifeſtat arborẽ. Jdeo dixit ſaluator. Attẽdite a falſis ꝓphetis ꝛc̃. ſequiꝛ A fructibꝰ eorum cognoſcetis eos. Matth. vij. Jpẽ eñ dicebat de ſeipo Opa q̃ ego facio in noĩe p̃ris mei facio ꝛ illa teſtimoniũ ꝑhibent de me. Et paucis inꝛ poſitis. Si mihi non creditis opibus credite. Joã. x. Duo diſcipuli nõ cognouerũt dñm ſeu Jeſum donec fuerunt cũ eo ↄuerſati in vbis ꝛ poſtmodũ cognouerũt eũ in fractione panis. vt habeꝛ. lu. xxiiij. ¶ Opus bonũ largiꝛ remuneratuꝫ Qꝛ nullũ bonũ irremuneratũ dimittit deus. vt dicit ſanctꝰ Auguſtinus Jõ Ezechias q̃ fecit bonũ corã dño. valde ꝓſperatus eſt. ij. Para. xxxi. Mereꝛ eñ opus bonũ p̄ remunerationẽ indulgentiã pc̃torũ. Nã vidit deus opa niniuitarꝫ ꝛ miſertꝰ eſt eis Jone. iij. Serui q̃ acceperũt talẽta ꝛ opati ſunt in eis remunerati ſunt ĩ duplo. Mat. xxv. Propꝛ hanc cãm apl̃s comparat bona opera ſemini quod iacitur et fructus plurimꝰ expectatur dicẽs. Qui parce ſeminat parce et metet. ij. Cor. ix. Thabita propter bona que agebat meruit a Petro m̃ĩcorditer ſuſcitari Actuum. x. ¶ Operari nolẽtes. ſed vacãtes ocioſitati grauia facinora perpetrant. Et ideo reprehenduntur ꝛ grauiter et acriter puniũtur ac corriguntur. Nam tempore quo ſolebant reges ad bella conſurgere Dauid vacans ocio adulterium et homicidium perpetrauit. ij. Regũ. xi. Arguuntur a domino ocioſi quãdo vocantur operarij ad mercedem. Matthei. xx. Seruus qui in vno talento noluit operari turpiter fuit a domino reprobatus. Matthei. xxv.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Paulus reprehēdit grauiter ocioſos dicens. Qui nō vult operari nō manducet. ij. Theſſaloñ. iij.

## Cap. nonageſimūtertium

¶ De oppreſſione bonorū a malis.

Opprimūt mali bonos:
Illis inuidentes de felicitate.
Et laſciuiētes in carnalitate.
Supbientes in ſua dignitate.
Illos pſequētes ex malignitate.
Illos odientes dicta veritate.

Opprimunt mali bonos aliquādo ex ſola inuidia. quia vident illos felicit̄ proſperari. Sic cayn ex inuidia preualuit ī abel. ⁊ eū nequiter ⁊ inuidioſe opprimendo occidit Geñ. iiij. Eſau inuidus quia Jacob patris benedictionē vſurpauit voluit eū occidere. pp̄ter qḋ iacob cōpulſus eſt fugere ad laban. Geneſis xxviij. Egyptij inuidētes filijs iſrael q͛ creſcebāt oderāt eos ⁊ grauit̄ oppreſſerunt. Exodi. i. Saul ex ſola inuidia pſecut⁹ ē dauid eo q͛ illi victoria: Goliath erat aſcripta. Dicebāt eñ. Percuſſit Saul mille ⁊ Dauid decē milia. i. Regū. xviij. Saluator noſter ex inuidia fuit damnatus ab Anna ⁊ Caypha ⁊ iudeis Matthei xxvi. ¶ Opprimūt mali bonos propter eorū luxuriā quā bonis impediētibus exercere nō poſſunt. vel q͛ eos de luxurie vitio reprehēderunt Sic dña cui ſeruiebat Joſeph q͛ ſuam ꝯcupiſcentiā exercere non potuit eū opprimere falſe voluit. Geneſ. xxxix. Sodomite propter eoꝝ luxuriā aīam Loth multipliciter ei inferendo violentiā vexati ſunt. Geneſ. xix. Duo luxurioſi pbr̄i Suſannam propter eoꝝ luxuriā nequiter opprimebāt Dañ. xiij. Herodes pp̄t luxuriam ad petitionē meretricis Joannem baptiſtā in carcere decollauit. Marci. v. Mat. xiiij. ¶ Opprimūt mali bonos pp̄ter eoꝝ ſupbiā ⁊ ambitionem dominij. Sic abimelech ambiens principatum fratres ſuos nequit̄ interfecit Judi. ix. Abſalon ambiens regnū patris ipm̄ eſt acrit̄ perſecutus. ij. Reg. xv. Aman ex ſuperbia pcurauit mardocheum occidere ⁊ iudeos. ſed de⁹ aliter ordinauit Heſter. iij. Propt̄ ſupbiā: Nabuchodonoſor fecit ſtatuā aureā. pueros vero nō adorantes eā fecit pijci in fornacem ⁊ danielē in lacū leonū. Danie. iij. ⁊ vi. Triphon q̄ pp̄ter dominiū ſuū antiochū adoleſcentē occiderat pditorie Jonathan ⁊ ei⁹ filios interfecit. i. machaceo. xiij. ¶ Opprimunt mali bonos ex ſola cordis nequitia ⁊ deprauatione mētis. Sic impia hiezabel opprimebat helyā pphetam. iij. Reg. xix. Rex Joram audiēs famē eſſe in terra caput Heliſei precepit amputari. iiij. Reg. vi. Nequiſſim⁹ holofernes voluit iudeos opprimere nup de captiuitate reuerſos Judicum. ij. et ſequentibus. Propter ſuā nequitiā antiochus ī hieruſalem hominū cedem fecit. i. Macha. i. Ex magna nequitia cordis Herodes perſecutus eſt xp̄m et pueros interfecit. vt habet̄ Mat. ij. Similit̄ Herodes agrippa occidit Jacobū ⁊ Petrū īcarcerauit. Act. xij. Opprimūt etiā mali bonos qui veritatē loquuntur quā ipi mali habent odio. ſic ab impio Joa lapidatus eſt zacharias q̄ ipm̄ veriſſime īſtruebat. ij. Paralip. xliiij. Sic Hieremias fuit a rege miſſus ī carcerē qui nunciauerat veritatē. Hieremi. xx. Sic Ananias falſus propheta mendacio voluit confundere Hieremiam pphetā veriſſimū. Heremie. xxviij. Pn̄cipes ſacerdotū ꝯſortij incarcerauerūt aplos q̄ veritatem dei loquebant̄ Actuum. v. Judei la

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pidauerunt ſtephanū q̄ nō poterāt
reſiſtere ſpiritui q̄ loquebat̄ Actuū
vij. Paulus q̄ predicabat publice
veritatē. multas oppreſſiones ſuſti
nuit a iudeis. Act. xiij. xiiij. ꝛ. xvi.

## Capi. nonageſimūquartū

¶ De oratione ꝛ deprecatione.
Orare volētes debēt attendere pro
quib⁹ inquirit̄ ꝛ q̄ deprecant̄.
Tempus quod exquirit̄ his q̄ exo-
rantur.
Modus qui requirit̄ his que poſtu
lantur.
Cauſam q̄ perquirit̄ his qui exaudi
antur.
Fructus qui acquiritur ꝛ que dona
cōferantur.

Orare volentes debēt at
tendere primo q̄ ſunt illi
qui debēt orare. et pro q̄-
bus faciant ſuas oratio-
nes. Ubi notandū eſt q̄ orare debēt
preſidentes ſingularit̄ pro ſuis ſub-
ditis vel ſubiectis. Eligētes ſpecia
liter pro ſuis electis: oēs gentes ge
neraliter pro viris abiectis. Orare
primo debent prelati pro ſuis ſubdi
tis. quia ipoꝝ officium eſt vt ſuis
orationib⁹ a pplo iraꝫ dei auertant.
Sic cum poſt adorationē vituli de-
us populum vellet deſtruere: Moy
ſes eoꝝ prelatus pro eis feruent̄ o-
rando veniam meruit a dn̄o inueni-
re. Exodi. xxxij. Propter orationeꝫ
Moyſi abſorpt⁹ eſt ignis qui deuo-
rabat caſtra murmurantium pre la
bore. Nume. xi. Maria propter pec
catū ſuum facta eſt leproſa. ſꝫ Moy
ſes prelatus eius orauit ad dominū
ꝛ reſtituta eſt priſtine ſanitati. Nūe.
xij. Pro afflicto populo ignitis ſer-
pentibus orauit Moyſes et ſalubre
remediū habuerūt. Nume. xxi. Sa-
muel dixit ad populum. Abſit a me
hoc pctm̄ vt ceſſem orare pro vobis
oſtendēs grauit̄ peccare prelatos q̄
ꝓ ſuo pplo nō exorēt. i. Reg. xij. Bo
nus p̄lat⁹ erat paul⁹ q̄ dicebat Thi
motheo ſibi ſubdito. Sine inт̄miſſi-
one habeo tui memoriaꝫ in orōnib⁹
meis. ij. ad Timoth. i. Orare debent
electores cū ad electionē alicui⁹ p̄-
lati ꝯueniūt vt de⁹ illis ꝓuideat de
p̄lato idoneo q̄ pplꝫ ſibi ſubditū bn̄
regat. In cui⁹ figura ipe dn̄s ad hoc
volens tales inducere ait. Rogate
dn̄m meſſis vt mittat opãrios in vi
neā ſuā. Mat. ix. Luc. x. Apl̄i volen
tes eligere in apl̄atū vnū de diſcipu
lis: p̄miſſa orōne dixerūt. Tu dn̄e q̄
noſti corda hoīꝫ oñde nobis quē ele
geris ex his. Act. i. Cuꝫ dixiſſet dn̄s
Segregate mihi barnabā ꝛ pauluꝫ
in opus ad qd̄ aſſumpſi eos. f. i aplā
tū. ſequit̄. Erāt in orōne ꝛ īponētes
eis man⁹ dimiſerūt eos vt habetur
Act. xiij. ¶ Orare debēt oēs hoīes
pro pctōribus et inimicis. vel q̄ pro
ſe apti nō ſunt ad orandū. Sic deuo
te orauit abrahā deū vt parceret ſo-
domitis. Geñ. xviij. Moyſes multo
tiēs orauit vt de⁹ plagā verteret ab
egypto ꝛ licꝫ egyptij eſſent mali. fu-
it a dn̄o pluries exaudit⁹. Exo. viij.
ix. ꝛ. x. Saluator nr̄ pro inimicis ora
re docuit. Mat. v. Et ipe ꝓ crucifixo
ribus ſuis exorauit Luc. xxiij. Fer-
uenti⁹ orauit. Stephan⁹ ꝓ ſuis pſe
cutorib⁹ q̄ ꝓ ſeipo. q̄ pro ſe orās ſte
tit. ſed orās pro ſuis pſecutorib⁹ ge-
nua flexit. Actu. vij. Apl̄s Paulus
pro pſecutoribus orabat vt de⁹ eos
ad penitentiam vocaret. iō dicebat.
Oram⁹ pro vobis vt dignet̄ vos de⁹
vocare vt dicitur. ij. ad Theſſaloñ. i.
¶ Orare volētes debent attendere
tp̄s ſcilicet quando eſt orandū. Ubi
nota q̄ orandū eſt in omni tempore
ſꝫ maxime ꝛ principalit̄ qn̄ iter agē
tibus ire diſponit̄: loqui volentib⁹
verbū ꝓponit̄ cenā querētib⁹ cibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apponiẗ cū patientibus mundꝰ op
ponitur. Orare igiẗ primo debemꝰ
cū ad aliquē locū pergere volumus
vt dn̄s ī viā pacis dirigat pedes no
ſtros: vt cuſtodiat nos angelus dn̄i.
euntes: commorantes: ⁊ redeuntes
Judith. xiij. Propter hāc cauſam
diciẗ Oramus dn̄m pro incepto iti-
nere ⁊ ſecure euenit nobis ⁊ ꝓſpere.
i. Eſdre. viij. Multū confidebat Ju-
dith in orōe qn̄ debebat ire ad Holo-
fernem: cum dicebat Nihil aliud fi
at pro me niſi orō. Judith. viij. Re-
cedens paulus a fratribus de acha
ia poſt pulchros ſermones diutius
orauit. Act. xviij. Jtem paulus dice
bat Romanis obſecrans ſi quō pro
ſperū iter habeā. Ad Roma. i. Ora
re debet homo cū debet aliqua ver-
ba proponere vel ad interrogata re
ſpondere: vt dn̄s tāgat ⁊ mundet la
bia ſua vt digne verba ꝓnunciet qui
labia Eſaie calculo mundauit igni-
to. Eſaie. vi. Neemias rogauit dn̄m
celi: cū deberet ad īterrogata reſpō
dere. Neemie. ij. Heſter locutura ad
regē aſſyriorū rogauit Mardocheū
vt ꝯgregaret iudeos qui erant in ſu
ſis: vt ipſe et ipſi dominū pro ea depre
carenẗ. Heſter. iiij. Paulus apoſto
lus iſta deſiderans dicebat Coloſ-
ſen. Fratres orantes pro vobis: vt
deus aperiat nobis oſtium ſermōis
vnde forte ſumpſit originem ꝙ pre-
dicatores in principio ſermonis pe
tunt orationes fieri: vt digne ꝓferāt
verbum dei. Coloſſen̄. iiij. Orare de-
bet homo tripliciter. Primo cū de-
bet cibum aſſumere: ⁊ cum accepe-
rit gratias referēdo largo modo ſu-
mēdo orationem. Sic Neemias o-
rauit dū daret regi bibere. Neemie
ij. Saluator noſter cum diſcumbere
faceret multa milia hominuꝫ quos
de paucis panibus ſatiauit: priuſꝙ̄
comederet orauit in celuꝫ oculis le-
uatis. Joan. vi. Jn cena cū chriſtus
ſuum corpus ſanctiſſimum cōſecra-
uit quando de menſa cuꝫ diſcipulis
ſurgeret gratias reddiderūt: ⁊ hym
no dicto exierunt ad montem oliue
ti ad locum paſſionis. Matthei vi-
geſimoſexto. Orare debꝫ homo om
ni tempore vt mundo ſe nobis oppo
nente recurramꝰ. qui nos de aduer-
ſitatibus liberet. Sic Thobias ce-
cus vxoris improperijs tribulatus
confugit ad orationis remedium.
Thobie. iij. Filij iſrael tribulati ab
Holoferne orantes ad dominū cla-
mauerunt Judith quarto. Tribu-
latus ⁊ afflictus Mardocheus pro
ſe et populo dominuꝫ orauit Heſter
quarto. Azarias et ſocij eius in tri-
bulatione fornacis ad remediū con
fugerunt. Danielis. iij. Jonas affli
ctus in ventre ceti orauit et ſaluus
a domino eſt eductus. Jone. ij. Ju-
dei in tribulatione poſiti orauerunt
et fuerūt a domino exauditi. ij. Ma
chabeorum. iij. Paulus ad terram
proſtratus et cecatus veniens da-
maſcū orauit ⁊ fuit liberatꝰ. Actuū
ix. Quando Petrus ſeruabatur in
carcere tribulatus oratio fiebat ſi-
ne intermiſſione ab eccleſia ad deuꝫ
pro eo. Actu. xij. ¶ Orare volentes
debent attendere modū orandi: ſci-
licet qualis debet eſſe oratio. Circa
quod ſciēdum eſt ꝙ digne orare vo-
lentes debent orare cum ſollicitudi
ne ocioſitatꝫ: certitudine lachrymo
ſitatis cū prōptitudine vere vnitatꝫ
cū certitudine ſue vilitatis: cū ſolli-
citudine aſſiduitatis. Oratio pri-
mo debet eſſe ſolitaria et ſeparata a
tumultu: ⁊ occupatiōe humane ſol-
licitudinis. Nam Jacob deuote o-
rare deſiderās: ſe ab vxoribꝰ et alia
familia ſequeſtrauit. Geneſis. xxxij
Oratio ſi ſit ſolitaria et mentalis
clamat in aures dei. Sicut patet de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Moyſi mentaliter et ſolitarie dep̄=
cāti dixit deꝰ. Quid clamas ad me
Exo. xiiij. Deprecaturus dauid dñz
pro paruulo ingreſſus ſeorſum iacu
it in terra. ij. Regũ. xij. Dimiſſa tur=
ba aſcẽdit dñs in mõtẽ ſolꝰ ⁊ orauit
nos ſimiliter orare inſtruẽdo. Mat.
xiiij. Aſcẽdit petrus orare in ſupio=
ra domꝰ: vt poſſet orare diutius ab
alijs ſeparatꝰ. Act. x. Oratio debet
eſſe ſecundo lachrymoſa tenerrime
deuotionis. Jõ Ezechias ꝯuertit ſe
ad dñm: ⁊ orãs cuz lachrymis: fuit a
dño exauditꝰ. iiij. Reg. xx. Et Eſaie
xxxviij. Jteꝫ idẽ ezechias cõuertit ſe
⁊ orauit cũ lachrymis. Jdeo dixit ei
dñs. Audiui orationes tuas et vidi
lachrymas tuas: vt habet̃. iiij. Re=
gũ. xx. ⁊ Eſaie. xxxviij. Flẽs Suſan
na aſpexit in celũ ⁊ orauit ad dñm ⁊
eius oratio exaudita eſt. Dañ. xiij.
Magdalena in ſua cõuerſione nõ le
gitur oraſſe vocaliter: ſed credendũ
eſt eã oraſſe mentaliter: ⁊ fleuiſſe cũ
lachrymis pedes dñi rigauit. Luce
vij. Oratio tertio debet eſſe vnita in
multitudine hoĩm vinculo charita
tis. Multũ eñi placet deo oratio ali
cuius multitudinis vel ſocietatꝫ eo
rum qui ſunt in charitate cõiuncti.
Jdeo ſacerdotes ⁊ viri religioſi vna
nimes vno ore et corde charitatiue
deum orare debent. Nã ſacerdotes
⁊ viri vnanimes cum mulieribus re
ſolutis crinibus dñm orauerunt: et
extenſis manibus dñm deprecabã=
tur. ij. Macha. iij. Judas ⁊ q̃ cum eo
erant ſimul dñm deprecabantur: vt
eriperet eos ab impio Nicanore vt
dicit̃. ij. Macha. xv. Saluator dicit
Si duo ex vobis cõſenſerint de qua
cunq̧ re petierint fiet eis: vt patet
Mat. xviij. Poſt aſcenſionem erãt
oẽs diſcipuli dñi in oratione cũ mu=
lieribus perſeuerantes vnanimiter
cum maria matre Jeſu. Actuum. i.
Omẽs fideles in primitiua eccleſia
erant vnanimes in oratiõe ⁊ doctri=
na apoſtolorũ. Act. ij. ⁊ v. Cum oraſ
ſent diſcipuli vnanimiter vna voce
motus eſt locus in quo erant cõgre
gati ⁊ repleti ſunt omẽs ſpirituſan=
cto ⁊ loquebãtur verbum dei cum fi
ducia. Act. vij. Oratio quarto debꝫ
eſſe humilis et ſui ſtatus recogniti=
ua. Nã miro modo fuit humilis ora
tio manaſſe: vt patet intuẽti. ij. Pa
ralip. vlt. Daniel intelligens opus
captiuitatis completũ eſſe: humili=
ter dñm orauit. Danie. ix. Breuem
et humilẽ modum habuit leproſus
qui genu flexo orauit dñm dicens.
Dñe ſi vis potes me mũdare. Mat.
viij. Mar. i. Humiliter orauit Cẽtu=
rio pro paralytico ſeruo: indignũ ſe
reputans preſentia Jeſu xp̄i. Mat.
viij. Ad orandum nos humiliter in=
ducit exemplum de humili publica
no. Luce. viij. Qui breuibus verbis
meruit remiſſionẽ omniũ peccatoꝝ
dicens. Deus propitius eſto mihi
peccatori: vt habetur Luce ca. pre=
allegato. Oratio quinto debet eſſe
aſſidua ſiue continua: vt ſi ſtatim cũ
petit homo non obtinet nihilomi=
nus adhuc orare debet. Naz orans
Helyas pro pluuia cum puerũ mit=
teret ad videndum vſq̧ ad ſeptẽ vi=
ces nil penitus apparebat: quo mo
do orationis inſtantia mirabiliter
commendatur. iij. Reg. xviij. Nõ di
miſit daniel ꝓpter decretum. Dañ.
iij. quin oraret ter in die flexis geni=
bus ſicut añ cõſueuerat facere. Da=
nie. vi. Ad hoc idez hortat̃ nos dñs
dicens. Oportet vos ſemꝑ orare et
nunq̃ deficere: vt clare habetur Lu
ce. xviij. Ad orationis inſtantiã eti=
am ipſe dñs nos inducit exemplo vi
due que iudicem cum importunita
te iudicare petebat. Et exẽplo ami=
ci qui panes inſtanter ſibi petijt cõ=

modari: vt habet Luc. xviij. Paulꝰ apls qui orare ſine intmiſſione monebat Theſſaloniceſes hoc ipm ſollicite faciebat dicēs. Sine intmiſſione memoriā vr̄i facio in oſonibus meis: vt euidētiſſime hr̄bet ad theſſaloniceſes. i. ca. ¶ Orare volentes debēt attēdere cās et modos quibꝰ exaudiant. Ubi ſciendū ē ꝙ ſūt qdā qui ſm appetitū ſuū audiunt. Quidā nō licita petūt: ⁊ non exaudiunt Quidā bonū ꝯcupitū pn̄s aſſequūt Quidā magis expeditū hoc adipiſcunt. Orare volētes primo quidem exaudiunt ſm eoꝝ appetitū ⁊ placitū: ſ3 non ad vtilitatē eoꝝ. Nā petijt ppls in deſto carnes: ⁊ dn̄s iratꝰ cōceſſit eis: ppt qḋ patet ꝙ non ſemp exauditio oſonis eſt ſignum diuine dilectiōis. Nūe. xi. Nō placuit dn̄o ꝙ filij iſrl petierūt ſibi regē ⁊ tn̄ eos exaudiuit ad votū. i. Reg. viij. Orātes qdā nō exaudiunt: qꝛ nō petūt ſibi bona ⁊ licita: ⁊ qꝛ mali ſunt ⁊ īdigni q petūt. Sic dn̄s Dauid orātē ꝓ pplo: licet valde deuote orauerit nō exaudiuit: qꝛ nō erat tūc dignꝰ exaudiri. ij. Reg. iij. Magne reprobationis erat oſo Hieremie qn̄ dicebat ei dn̄s. Noli orare pro pplo iſto nec ſumas ꝓ eis laudē vel oſonē: qꝛ nō exaudiā eos. Hiere. xi. Jacobus dicit. Petitis ⁊ non accipitis eo ꝙ male petatis. Jacobi. iiij. ca. Pplo indigno et malo dixit dn̄s. Cū multiplicaueritis oſones vr̄as nō exaudiā vos: qꝛ manꝰ vr̄e ſanguine plene ſūt Eſaie. i. Orātes etiā aliqn̄ exaudiūtur ad votū ⁊ vtilitatē: qꝛ oſo eoꝝ bona ē et ſibi expediētia petūt. Sic exaudiuit dn̄s Niniuitas clamantes ⁊ orātes ad dn̄m q pctā dimittētes a ſubuerſione ciuitatis liberati ſunt. Jone. iij. Sic etiā exaudiuit ſuſannam cū eā a morte et infamia liberauit. Dan. xiij. Hoc mō exaudiuit oēs. Quere infra de effectu oſonis. ca. v. Orātē aliqn̄ exaudiuit deus nō ad votū: ſed ad vtilitatē: quia ſcḋm ſniā3 ſanctiſſimi doctoris Auguſti. q dicit. Prouidet deꝰ meliora ꝙ petūt: qḋ maniſeſte p3 in paulo q patiēs ſtimulū carnis vt amoueret ter dn̄m orauit quē nō amouit: ſ3 melius ipi ꝯceſſit: ſc3 grām ſupandi dicēs ſufficit tibi grā mea. Nā virtꝰ in īfirmitate pficit. ij. Cor. xij. ¶ Orare volentes debent attēdere orationis effectum vel fructu3 q effectꝰ ex oratione acquirit: ſcientes ꝙ digne orantes a dn̄o recipiūt pctōrum remiſſionē glorioſam: filiorū adoptionē gaudioſam: aduerſorū depreſſionē ruinoſam: temptationū repulſionē virtuoſam: ⁊ ſignoꝝ porrectionē fructuoſam. Oratio primo quidem impetrat remiſſionē peccatoꝝ. Sic per orationē moyſi dicētis. Dimitte eis dn̄e noxā hanc: aut dele me de libro in quo me ſcripſiſti. Ad cuius oſonem dn̄s pplo ſuū pctm̄ dimiſit Exo. xxxij. Propt hāc cām docuit nos ſaluator: vt debitoꝝ. i. pctōrum remiſſionē in oratione dn̄ica peteremus dicentes. Dimitte nobis debita noſtra. Mat. vi. Luce. xi. Jn cuiꝰ figura dimiſit rex oē debitu3 ſeruo q cū rogauerat licet poſtea ex ſua nequitia ſint ei q fuerunt dimiſſa repetita Mat. xviij. Oſo his ſcḋo impetrat filios q nō poterāt ex ſua ſterilitate filios naturaliter ꝓcreare. Nā yſaac deprecatus eſt dn̄m pro vxore ſterili: ⁊ filios meruit obtinere. Gene. xxv. Anna ſimiliter deuote deū orauit cū lachrymis ⁊ filiū a dn̄o cū precibus impetrauit: vt habet. i. Reg. i. Heliſeꝰ hoſpite ſue ſterili impetrauit a domīo filiū: quē ſimiliter ſuis oſonibus reſuſcitauit. iiij. Reg. iiij. Zacharie ⁊ elizabeth nō erat filius eo ꝙ eſſet elizabeth ſterilis ⁊ ambo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝓceſſiſſent in dieb⁹ ſuis: angel⁹ aūt apparuit Zacharie dicēs. Exaudita eſt orō tua: vxor tua pariet tibi filiū ⁊ vocabis nomē eius Joānes: vt patet Luce. i. Orō tertio tribuit victoriā de aduerſarijs ⁊ iniurijs. Nā in bello filioꝝ iſrael cōtra amalech plus fecit orō moyſi: vl' Moyſes orando ꝙ Joſue pugnādo. Exo. xvij. Jō pugnaturi filij iſrl' cōtra philiſteos rogauerūt Samuelē orare ꝓ eis vt victoriā obtinerent vt habetur. i. Reg. vij. Joſaphat rex iuda timore ꝑterrit⁹ ꝓpter multitudinē ꝗ venerat ꝯtra eū, totū ſe ꝯtulit ad orandū vt victoriā impetraret: vt habet̄. ij. Paralip. xx. Judith qñ decapitare voluit Holofernem dn̄m ꝓ victoria exorauit. Judith. viij. Cōmiſſurus iudas bellū cōtra gorgiā: orauit et extitit victor belli. i. Mach. iiij. Qr iudas in bello ꝯtra antiochū nō orauit: nō vicit ſed diuertit. ij. Macha. v. Jtē qr nō orauit in exercitu cōtra bachidē. ipe fuit occiſus ⁊ exercit⁹ debellatus. i. Mach. ix. Judas et ꝗ cum eo erāt inuocato dn̄o congreſſi ſunt cōtra exercitū Nicanoris manu quidē pugnātes: ſed cordib⁹ orātes belli victoriā obtinuerūt. ij. Macha. xv. Dicebat Paulus. Obſecro vos vt iuuetis me in orōnibus: vt liberet me ab infidelib⁹. Ad Roma. iij. ca. Orō quarto expellit diabolū ⁊ eius tēptationes. iō Raphael monuit Thobiā: vt ſe trib⁹ diebus abſtineret ab vxore ⁊ tā ipe ꝙ ipſa orarent ꝯtinue ne diabolus haberet in eis ꝑtātem. Thobie. vi. Propt̄ aſſiduā orōnē chananee filia ei⁹ a dn̄o liberat̄: vt habet̄ Mat. xv. Dū diſcipuli quoddā demoniū non poſſent eijcere ⁊ mirarent̄: domin⁹ dixit eis Hoc genus demonioꝝ nō eijcit̄ niſi oratione et ieiunio: vt patet Math. xvij. cap. Mar. ix. Cum paulus iret ad orationē obuiauit puelle habenti ſpiritum phitonem quem expulit orando in nomine domini noſtri ieſu chriſti: vt patet Actuū. xvi. Oratio quinto facit operari miracula. Nam per orationē Helye clauſum eſt celū ne plueret: ⁊ ꝑ orationē eius ad pluuiā eſt apertū. iij. Regū. xviij. Ad orationē deuotā helye puer qui erat iā mortuus ſuſcitat̄. iij. Regū xvij. Martha ⁊ Maria dominū orauerunt et impetrauerunt lazaꝝ ſuſcitari. Joannis. xi. Decē leproſi laceonite orantes ad dominū meruerunt recipere ſanitatē: vt clare habetur Luce. xvij. ca. Petrus et Joannes aſcendentes ad orationem liberauerunt claudum ex vtero mr̄is ſue: vt patet Actuum. iij. Similiter Petrus ⁊ Joanes orauerunt pro illis de ſamaria: et imponebāt man⁹ ſuper illos et ſpiritumſanctum accipe faciebant: vt clare patet. Actuum. viij. Patrem publij febribus et dyſenteria laborantē Paulus ſua oratione ſanauit: vt patet Actuum vigeſimooctauo.

## Cap. nonageſimūquintū.

¶ De ornatu mulierū.

Ornatus mulierū eſt:
Ad perſonarū deceptionē.
Ad ꝑfectoꝝ reprehēſionē.

ORnatus mulierum ſepe fit ad deceptionem hoīm licet aliquando: vt ipe viris placeāt ornare ſe dicāt Nam Thamar volens de iuda ſocero ſuo concipere veſtibus viduitatis depoſitis: ornauit ſe concubitū patiens ab eodem: vt habetur Geneſis. xxxviij. Jeſabel audito aduētu Jehu depinxit oculos ſtibio ⁊ ornauit ſe. Nota hiſtoriam quarti Regum nono. Propter ornamēta que



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Judith aſſumpſit potētē holofernē decepit. Judit.x.cap. Occurrit mulier iuuenis ornatu meretricio ꝑpa rata ad decipiendas aīas: vt habet Prouer.vij. Nō ſine cā dicit. Auerte faciē tuā a muliere compta. qꝛ ſic excitat te ad peccādū vt patet intuenti. Salomonem in Eccl'iaſtici.ix. ¶ Ornari non debent mulieres bone et honeſte q̄ ſoli deo placere deſiderant. Ideo heſter qn̄ debuit ītroire ad regē. nō queſiuit cultuꝫ muliebrē ſicut querebāt alie mulieres. vt habet Heſter.ij. Cōminādo dicitur. In die illa auferet dn̄s ornamentuꝫ calciamentorū ⁊ lunulas ⁊ torques vt clare habet. Eſaie.iij. Mulierum nō ſit extrinſeca capillatura vel circūdatio auri vel veſtiū cultus. vt patet.i. Petri.iij.

## Capi. nonageſimūſextum

¶ De patiētia ⁊ māſuetudine.

Patientes ferre debent:

Attinētes propinquorum offenſiones.

Seruientes dominorum correctiones.

Patientes tormentorum afflictiones.

Renuētes receptorum illationes.

Audientes benignorum reſponſiones.

Attendentes exemplorum oſtenſiones.

PRimo patiēter ferre debent iniurias ꝯſanguinei ⁊ cōiuncti ſi aliquādo vnus ab altero offendatur verbere vel corrigat. Sic patienter tulit Yſaac et ſine murmure qn̄ Abrahā pater eiꝰ eum voluit immolare Gene.xxij. Joſeph patienter tulit iniuriam quam ei fratres proprij intulerunt. eiſqꝫ poſtea illatam ab eiſdē ꝑ fatā iniuriā clemēter indulſit. vt dꝛ Gen.xxxvij. Ibidē.xxxiiij. et.v. Cito orauit Moyſes ꝓ maria ſorore ſua q̄ deū offēderat murmurando. Nūe.xij. Dauid ꝑſecutionē ſuſtinuit quā ei ꝓprius filius inferebat.ij. Reguꝫ xv. Thobias patiēter tulit ꝯſanguineorū improperia parit ⁊ vxoris. vt habet Thobie.ij. ¶ Patient ſuſtinere debēt ſerui ⁊ ſubditi ſi aliquas moleſtias recipiāt a dn̄is ⁊ prelatis. Dn̄i ⁊ p̄lati patient ſuſtineāt ſi etiā aliqn̄ a ſubditis offendunt. Nā miphiboſeth patienter tulit iniquam ſententiam quā dauid tulit ꝯtra eū ij. Reg.xvi. ⁊.xix. Quia mulier ī adulterio deprehenſa ſcribaꝝ et phariſeorū accuſationem patiēter ſuſtinuit. ⁊ accuſata nihil rn̄dit. dn̄s eaꝫ ne lapidaret miſericorditer liberauit Joan.viij. Similit prelati ⁊ dn̄i debent eſſe patiētes ſi etiā aliqn̄ offendantur a ſubditis. Nā Moyſes pro murmure ppl'i ſe nō turbauit. ſꝫ patiēter ſuſtinuit ⁊ miſit Aaron intercedere pro eis Numeri.xvij. Sara patiēter ſuſtinuit contumeliā ab ancilla ſua ſibi vituperoſe illatam. Thob.ij. ¶ Patiēter debet homo tribulatiōes ⁊ penas a deo īflictas vel pro eo vel pro eiꝰ fide ſuſceptas ferre. ſic Thobias excecatus patiēter ſuſtinuit cecitateꝫ Thob.ij. Job fuit patiens perdendo ſua. filios et quaſi ſeipm̄ per grauē infirmitateꝫ quā habuit Job.i. ⁊ ſequentibꝰ. Ab vxore et amicis plus inferētibꝰ ſibi deſolationē q̄ ꝯſolationē. Job ꝑ totum.i. ⁊.ij. Alacrē patientiā habuerūt tres pueri in fornace q̄ noluerūt idolis immolare vt habet Daniel. iij. Eleazarus duros ſuſtinuit patiēter pro legis obſeruantia cruciatꝰ. ij. Macha.vi. Septem fratres cum pia matre ſua in ſuis tormentis mirabilem patientiā habuerūt. ij. Machabeo.vij. ¶ Patienter ferentes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iniurias nō debent querere vltionē de offensis: licet ipi valeāt vindicare. Nā Saul noluit sustinere: q̄ viri qui ei detraxerunt occiderent in detractionis vindicta. i. Reg. xi. Helyseus etiā nō pmisit q̄ occiderent viri q̄ eū capere venerūt: sed ipos plene reficiēs: libere: abire pmisit. iiij. Reg. vi. Nō solū vindictā nō debet hō q̄rere de offensa: sed offendēti debet dimittere ex corde: non solum semel sed pluries. Nā petro querenti quotiens dimitteret pximo. Respōdit xp̄s. Nō solū septies: sed septuagies septies. Mat. xviij. Ad patienter portandū τ multotiens iniurias dimittēdum adducit τ inducit nos xp̄s exēplo serui nequā cui dimissa fuerant decē milia talenta: vt patet Mat. xviij. ¶ Patientiā cōfert homini humil' et beniga respōsio. Sic ecōtra dura τ aspera suscitat furorē q̄ respōsio mollis frangit irā: s̄mo durus suscitat furorē. Prouer. xv. Dauid q̄ ad durā responsionem nabal fuerat perturbatus ad humilē respōsionē abygail ecōtra mirabiliter ē placat'. i. Reg. xxv. Filij effraim iurgātes cōtra Gedeonē sedati sunt pter eius humilē respōsionē. Judicū. viij. Sic Roboā si iuxta cōsiliū senum humilē respōsionē populo dedisset impatientiam τ indignationē populi nō vidisset. iij. Reg. xij. ¶ Patientie exemplum habem' a xp̄o maxime vt cedam' furori. Nā xp̄s q̄ pati venerat a iudeis pluries declinauit. Luc. iiij. Joā. viij. Exemplum etiā patientie habem' a xp̄o tp̄e passionis q̄ patientiā conseruauit in v̄bis detractorijs: cōtradictorijs: τ contumeliosis: in factis τ illusionibus et verbis: crucifixionibus: blasphemijs et morte. Math. xxvi. xxvi. Mar. xiiij.

## Ca. nonagesimū septimū.

¶ De pauptate τ inopia.
Pauperes spiritu debent:
Possessionum proprietates despicere.
Refectionē sobrietatis perficere.
Exēplum mēdicitatis inspicere.

Paupertas spiritualis siue paupes spiritu nihil debent pprium possidere. Jn cui' figura Jacob patriarcha esau fugiēs et ad Labā vadens nec animal nec famulū habuit: s; ī baculo iordanē transiuit et volens requiescere lectum nō habuit: sed supponens lapide; capiti sic dormiuit. Gen. xxviij. Moyses pascebat oues Jetro: q̄ pprias non habuit. Exo. iij. Filij rechabitarum domos non habitabant: vinum τ vineas nō habebant nec tabernacula faciebant. Hieremi. xxxv. Adolescēti dixit dn̄s. Si vis pfectus esse vade et vende oīa que habes τ da pauperibus. Mat. xix. Jn primitiua ecclesia omnia dabantur τ tanq̄ cōia ab apostolis dn̄i habebant. Actuū. iiij. Paulus dixit fratribus assyrie. Argentum aurum τ vestes non concupiuit. Actu. xx. Petrus vero paup dixit claudo. Argentum τ aurū non est mihi q̄d aūt habeo tibi do: vt patet Actu. iij. ¶ Pauperes spū parce viuere debent et de modico victu contentari. Nā satis parce viuebat Ruth q̄ colligebat spicas post t̄gametentiū. Ruth. ij. Multu; parce τ cum magna penuria viuebat Helyas quando petiebat buccellam panis τ paululum aque a Sareptana vidua sibi dari. iij. Regum. xvij. Filij prophetarum satis temperate viuebant: quia paruum de pane et pulmentum insipidum comedebāt nobis in exemplum. quarti Regum quarto. Paupertatis exemplum



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habemus a xp̄o q̄ eſt de paupe mr̄e
natus. a paupere fabro nutritus in
paupere loco reclinat⁹ pānis pau-
peribus inuolut⁹ pauperū oblatio
ne in tēplo ſcȝ turture vel colūba re
dēpt⁹: duodēnis in tēplo ſolus ſine
familia eſt reptus. Hec oīa nobis in
exemplū pauptatis patienter ſuſti
nuit: Luc. ij. Ad pauperes nuptias
vbi vinū defecit acceſſit ⁊ aquā ī vi-
num mutauit. Joā. ij. Caput vbi re-
clinaret in cruce nō habuit. Luc. ix.
Paupem familiā oībus diebus ha
buit. Mat. iiij. In cruce patiens nu
dus pependit: et mortuus in ſepul-
chro alieno iacuit. Luce. xxiij. Mat
thei. xxvij. ¶ Paupes ſpū vel pau-
pertatē patiēter deferētes exaltan
tur: ditātur: ⁊ remunerant̄ a dn̄o in
preſenti ⁊ in futuro. Nā Saul q̄ vno
ſeruo contentus longe querebat a-
ſinas patris ſui non equos ⁊ cui⁹ fa
milia minima: fuit vnctus in regē. i.
Reg. x. Dauid exiſtēs in paſcuis: et
quaſi in nihilū reputat⁹: fuit p Sa-
muelē vnctus in regē quē etiā miſit
pater ad fratres victualibus onera
tum. i. Regū. xvi. ⁊ xvij. In cuius fi-
gura nabuchodonoſor pauperes di
miſit: ⁊ diuites interfecit: vel capti
uos duxit. Et ſignificat dominum
qui pauperes dimiſit vel dimittit:
et diuites in infernum deduxit. Hie
remie. xxxix. Inter beatitudines
quas poſuit dn̄s prima ponit̄ paup
tatis. Mat. v. Mirā remuneratio-
nem pmittit xp̄s diuitias relinquē
tibus pp̄ter eū. Luc. xiiij. Mat. xix.
Lazarus paup in ſinuȝ Abrahe ab
angelis eſt portatus. Luce. xvi. Ob
hanc cām paupes ⁊ debiles ad ma-
gnā cenā p regis nūcios introducti
ſunt. Luce. xiiij.

## Cap. nonageſimūoctauū.

¶ De pace ⁊ concordia.
Pax ⁊ ꝯcordia ⁊ vnitas int̄ hoīes:
Approbat̄ ex cōplacētia frat̄ne di-
lectionis.
Comprobat̄ experientia externe q̄-
ſitionis.
Roborat̄ ex beniuolētia paterne di
lectionis.
Perturbat̄ ex aſſiſtētia interne cor
ruptionis.
Cōſummat̄ ī excellētia ſupne dona
tionis.

Pax ꝯcordia et vnitas in
ter hoīes ſup oīa alia
opa deo placet. In cui⁹
ſignū oīa alia aīalia pre
ter hoīem fecit duplicia ſcȝ marē et
feminā: hoīem xo vnū vt vnitatem
pacis ⁊ cōcordie cōmendaret. Gen̄.
pmo. Cū dauid eſſȝ ſctūs: noluit
tn̄ deus q̄ edificaret ei domū: quia
fuerat bellicoſus: ſed Salomō q̄ in-
terp̄tatur pacificus: vt oſtēderet ſo
lū pacificorū accepta ſeruitia repu-
tari. iij. Reg. v. Diligit de⁹ corda pa
cificorū ⁊ in eis habitat. In cui⁹ figu
ra oſtēſum eſt helye q̄ dn̄s non erat
in cōmotione nec in grādineto: ſȝ in
ſibilo aure tenuis. i. ī loco quieto. iij
Regū. xix. Q̄ deus pacē ſic diligat
patet ex his: qz in ei⁹ natiuitate an
geli pacē annūciauer̄t. Luc. ij. Pa
cē precepit diſcipulis inter ſe habe
re. Joā. xiiij. Pacē cōmiſit ap̄lis p̄-
dicare. Luc. x. Mat. x. Pacē ī teſta
mento reliquit. Joā. xiiij. Et poſt re
ſurrectionē ſuam pacē diſcipulis ſu
is nunciauit: vt habet̄ Luce. xxiiij.
Joā. xx. ¶ Pacē debēt q̄rere q̄ pri-
us fuerūt inimici: ⁊ maxime qui ha
bent inimicos potentes. Ideo aby
melech pacificus eſt cū yſaac queȝ
pſperari videbat: vt habet̄ Geneſ.
xxvi. Gabaonite audientes ea q̄ fe-
cerat Joſue potentiſſimus hierico

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venerunt facere pacez cũ eo. Joſue. xix. Miſit Jonatas legatos ad bachidem vt cõponeret pacẽ cum eo ⁊ bachides tamẽ fuerat dux exercitꝰ in quo iudas occubuit frater eiꝰ: vt habet. i. Mach. ix. Rex demetrius miſit ad Jonathan epiſtolã rogans pacem. i. Macha. xi. ¶ Pacẽ inducũt inter homines furori cedere vel reſpõdere humiliter. Furori eñ malorum cedendum eſt. Sic fecit Jacob recedẽs ab Eſau Geñ. xxvij. Finees ⁊ ceteri legati ad filios ruben miſſi in excuſationẽ illorũ benigna humilitate dulcit̃ ſunt placati. Joſue. iij. De hac materia quere in precedenti cap. de patientia ⁊c. ¶ Pacem perturbant ⁊ deſtruunt multa. Nam aliquãdo pacẽ pturbat inuidia: Naz fratres Joſeph inuidẽtes ei nõ poterant ipſi quicq̃ pacifice loq̃: vt clare habet̃. Geñ. xxxvi. Auaricia ſeu copia temporalium rerum cauſa ſunt turbationis pacis et fomentũ diſcordie ⁊ iurgiorum: vt patet in paſtoribus Loth et Abrahe. Geñ. xiij. Simile habet̃ de yſaac et paſtoribus gerare ꝑpter cãm predictam. Geñ. xxvi. Ambitio et ſupbia dominãdi pacẽ pturbãt et guerras ⁊ diſcordias ſuſcitãt iter ꝑpinquos vt patet i Dauid ⁊ Abſalone. ij. Regũ. xv. Ficta etiã pax pturbat ⁊ impedit pacẽ bonã ⁊ veram. Jõ Jonathas noluit recipe pacem demetrij: q̃ ficte pacificari q̃rebat: vt habet. i. Machabeorũ. xi. ¶ Pacis bonũ ex gratia ⁊ dono dei ꝑcedit. Vñ bonitas gratioſi plati ⁊ gr̃a ⁊ bonitas ſubditoruz cauſa extitit aliquando magne pacis: vt patet de Onia ⁊ populo iudeorũ. ij. Macha. iij. Propt̃ hanc cauſam paulus in ſuis epiſtolis paci preponit gratiã dicẽs. Gratia vobis et pax. Dãs intelligere q̃ ſine gratia nõ poteſt eſſe pax impijs dicit dominꝰ Eſaie. lvij. De magno dono gratie diuine ꝑcedit pax: quãdo ille qui accepit iniuriam vel offẽſam offendẽti parcit ex animo: ⁊ pacem eius qui eum offenderat concupiſcit. Sic Dauid licet ab Abſalone perſecutus querebat pacẽ dicẽs. Eſt ne pax puero abſaloni: vt patet ij. Regum. xviij.

## Cap. nonageſimũnonum

¶ De peccato ⁊ eius effectibus.
Peccatũ nocet homini:
Ab interiori deprauãdo naturã.
Ab exteriori ꝓcurando iacturã.
A ſuperiori exclamando preſſurã.
Ab inferiori deuaſtando figuram.

Peccatuz ex ſua turpitudine nocet homini ab intrinſeco: quia humanaz naturam deprauat ⁊ exterminat. Tollit eñ homini audaciam ⁊ cauſat erubeſcentiam. Nam primi parentes qui in ſtatu innocẽtie nudi non erubeſcebant poſt peccatum erubeſcentes ſe perizomatibus contexerunt. Geñ. iij. Item aufert homini ſenſum ⁊ infatuat eum. Unde Adam qui ante peccatũ tanta ſcientia polluit q̃ rebus omnibꝰ impoſuit nõia ſecundũ ꝓprietates ipſorum. Poſt peccatuz ſic infatuatus eſt q̃ a facie domini cui nuda et aperta ſunt omnia abſcõdere ſe credebat. Geñ. iij. Salomonẽ etiã ſapientiſſimum peccatũ infatuauit maculans eius famam. iij. Regum. xi. Narratio peccantiuz odioſa. Eccl̃. xxvij. Item facit hominem timidũ auferendo ſecuritatem. Nam Adã qui ante peccatum pluries audiuit vocẽ dñi nihil timẽs poſt pctm̃ cũ vocaret̃ a dño ait. Dñe audiui auditũ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuū ⁊ timui. Gen̄. iij. Itē tollit quie-
tem intrinſecam hominē non ſinēs
quieſcere. quia labor ſtultorū affli-
get eos. Eccl's. x. Similiter pcuſſit
dn̄s cor dauid poſtq̄ peccauit pplm
numerando dicēs. Peccaui. ij. Re-
gū. xxiiij. ¶ Peccatū nocet hoi ab
extrinſeco. qr multotiēs pena corpo-
rali puniunt. vt patet in adā et eua
expulſis de paradiſo cū maledictio
nibus et penis ſuis. Pena viri fuit
ſimplex. quia dixit dominus ade.
In labore et ſudore vultus tui veſce
ris pane tuo. Pena aūt mulierꝭ fu-
it duplex: dixit em̄ ei. In labore pari
es filios. ⁊ ſub viri poteſtate erꝭ. Hu
ius duplicationis cā fuit. qr ipa vir
induxerat ad peccādū. Gen̄. iij. So-
domite etiā pena ignis ⁊ ſulphuris
ſunt puniti Geneſis. xxix. Uxor etiā
Loth qr peccauit contra preceptū
domini reuertendo: in ſtatuā ſalis ē
conuerſa Gen̄. xix. Pharao etiam
propter peccatū cognouit ſe flagel
lari dicēs. Peccaui i deū vex. Exo.
x. Quia filij iſrael multotiens deū
offenderunt peccando fuerūt ab eo
ſepius flagellati. Nume. Judicum
Joſue. Regum Judith. et p totū q̄ſi
vetus teſtamentū ⁊c̄. Deſerta ē hie
ruſalem ⁊ oīs vrbs iuda pp̄ter mali
tiā quā fecerꝭ. vt patet Hiere. xliiij.
¶ Peccatū nocet homini a ſupiori
qr clamat vindictā. ⁊ ſpecialiꝭ pec-
catū enorme quodcūq̄. ſicut illō de
quo dixit dn̄s ad Cayn. vox ſanguis
fratris tui clamat ad me de terra.
Gen̄. iiij. Similiter dixit dn̄s Abra
he. Clamor ſodomorū ⁊ gemorreorꝝ
venit ad me. Gen̄. xviij. Clamor pec
catorū veſtrorum in aures dei ſaba-
oth introiuit Jacobi. v. ¶ Pecca-
tum nocet homini ab iferiori recta
eius figurā ad multa incommoda
incurrando. Et ſpecialiter recidiua
tio in peccatum que multum debili
tat hoiem ſicut recidiuatio in egri-
tudinē debilitat corpus plus i ipm
plura pericula inducēdo. Vn̄ in hu-
ius figura dicitur. q̄ poſtq̄ ambula
uit Joram in vias peſſimas ſic debi
litatus eſt q̄ receſſit ab eodē ⁊ nolu
it ei ſoluere tributa. iiij. Reguz. viij.
Seruus Salomonis auſus eſt iſur
gere contra eū propter peccata ſua
iij. Regum. xi. Ad hoc facit xpi pa-
rabola. Cū immūdus ſpiritus exie-
rit ab homie. Mat. xij. Luce. xi. Ob
hanc cām dixit dn̄s languido cura-
to. Uade amplius noli peccare ne de
terius tibi contingat. Et idem dixit
mulieri in adulterio dep̄hēſe. Joan.
viij. Et ideo ad nr̄m ppoſitum poſſe
mus predicta tria capitula ɔclude
re cū quadā auctoritate ſanctiſſimi
doctoris Auguſtini vbi dicit q̄ pec
catum eſt difformitas quā deus dete-
ſtatꝭ: iniquitas quā demon amplexatꝭ
infirmitas qua totus mundus diſſi
patur.

## Cap. centeſimum.

¶ De penitētia peccatorū.

Penitētia debet fieri:

Cum acceleratione omni tarditate depoſita.

Uera ɔtritione lachrymoſitate ſuppoſita.

Pura confeſſione nuditate appoſita.

Cum ſatiſfactione ⁊ auſteritate impoſita.

Juſtificatione atq̄ ſanctitate compoſita.

Sic receptione et benignitate propoſita.

PEnitentia debet fieri ce-
leriter ⁊ non differri vſq̄
ad ſenectutem vel mor-
tem. Non enim eſt tutū
ire per deſertum huius vite ſine ama
ritudine penitentie. In cuius figu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ra q̄diu ꝑmanſit Maria ſoror moy=
ſi extra caſtra non proceſſerunt filij
iſrael per deſertum. Nume. xij. Hoc
eſt etiā conſilium ſapientis. Ne tar
des venire ad dn̄m et ne differas de
die in diē. Ut dn̄s ad pn̄iam feſtinaꝫ
induceret homines dixit exēplū de
quibuſdā ſup quos cecidit turris. ⁊
ſubdit. Niſi penitētiā feceritis om=
nes ſimul peribitis. Luce. xiij. Ad
hoc idem facit parabola de ſuis vi=
gilantibus ſcilicet in penitētia ⁊ ex
pectantibus dn̄m ſuum qn̄ reuerta
tur. quia diem ⁊ horam mortis peni
tus ignoramus. Nā ſm̄ Gregoriuꝫ.
Nihil certius morte. nihil incerti⁹
hora mortis. Unde dixit quidā poe
ta. Hoc ſcio ꝙ moriar. vbi. quomo=
do neſcio. quādo. Querētibus qui=
buſdam iudeis quid facturi eſſent.
Reſpōdit Petrus. Penitētiā agi
te. Act. ij. Dixerūt fideles. ergo de⁹
penitentibus penitētiam dedit ad
vitam in vita exercendā. Actuū. xi.
Ut ergo penitētia in hac vita ab ho
minibus differri non debeat ſed po=
tius cū celeritate fieri. Ob hāc cau=
ſam dixit Silo magiſter vniuerſita
tis pariſienſis iſtos verſus. Linquo
coax ranis croch coruis vanaqꝫ va=
nis. Ad logicā ꝑgo q̄ mortis non ti
met ergo. ¶ Penitentia debet eſſe
cum contritione cordis cuius ſignū
ſunt lachryme fluentes ab oculis.
Ideo audiēs dn̄s populū iratus eſt
propter murmur eorum. Luxit po=
pulus nimis ⁊ in mane plus ꝙ deus
preceperat facere voluerūt. Nume
ri. xiiij. Ad vocē angeli populum in
crepantis leuauerūt vocem parit̄ ⁊
fleuerunt. Judicum. ij. Lamentāte
eſdra pro peccatis. dictum eſt ei. Si
eſt penitentia in iſrael percutiam⁹
fedus cū domino deo noſtro ⁊c̄. i. Eſ
dro. x. Peccatrix mulier penitens
ſic lachrymis abūdauit ꝙ de eis pe
des domini lauit. Luce. vij. capitu.
Quia dominus vidit magnā in mu
liere contritionem in adulterio dep
henſa leuem et breuem ei penitenti
am dedit dicens. Uade amplius no
li peccare. Joan. viij. Homo volens
in penitentia contritionem habere
debet a turba recedere. In cuius ſi=
gnum petrus q̄ peccauit in atrio fo
ras exiēs fleuit amare. Mat. xxvi.
¶ Pn̄ia poſt ꝯtritionē reqrit nudā
⁊ apertā confeſſionē: ꝓpter qḋ dn̄s
tranſtulit pctm̄ a Dauid. qꝛ ad rep=
henſionē nathan ſe humilit̄ accuſa
uit dicēs. ſe pctm̄ cōmiſiſſe. ij. Regū
xij. Poſt peccatū numerationis po
puli cōfeſſus eſt: etiā dicēs. Ego ſuꝫ
q̄ peccaui. ij. Reg. xxiiij. Jō dicebat
Job. Si iuſtificare me voluero os
meū condēnabit me. Job. ix. Un̄ da
uid dixit. Cōfitebor aduerſuꝫ me in=
iuſtitiam meam domino ⁊ tu remiſi
ſti ⁊c̄. ps. xxxi. In cui⁹ figura domi=
nus decem leproſis penitētib⁹ dixit
Jte ⁊ oſtendite vos ſacerdotibus. ⁊
ſequitur. Dum autem irent munda
ti ſunt Luce. xvij. De hac materia.
quere in cap̄. de cōfeſſione ca. xxviij.
¶ Pn̄ia poſt confeſſioneꝫ requirit
integram ſatiſfactionem que conſi
ſtit in aſperitate ieiuniorum. ⁊ deuo
tione orationis. ⁊ largitione elemo
ſynarum vt per aſperitatem et ieiu
nium ſatiſfaciamus pro his q̄ com=
miſimus in noſipſos. per orationeꝫ
his que in deum. per elemoſynā his
que in proximum fuimus operati.
Ideo achab prius ſceleratiſſimus
operuit carnem ſuam cilicio ieiuna
uit ⁊ dormiuit in ſacco ⁊ ambulauit
dimiſſo capite ⁊ dn̄s temperauit pe
nā quā ei inflixerat pro peccato cō=
miſſo. vt dicit̄. iij. Regū. xxi. Sacer=
dotes induerūt ſe cilicijs ⁊ ieiunaue
runt a timore holofernis. id eſt dia=
boli. Judith. iiij. Uiri niniuite fece=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

runt penitentiam. Induti ſunt ſac-
co ꝛ ieiunauerunt ꝛ deꝰ indulſit. Jo
ne. iij. Machabeus ꝛ qui cũ eo erant
deprecabanẗ dñz. capita cinere aſp
gentes et lumbis accinctis ciliciis
ad crepitudinẽ prouoluti. i. Mach.
iij. ¶ Penitentiã etiã debẽt facere
viri iuſti q̃tumcunq; ſint amici dei.
Qꝛ ex hoc eorũ merita augmẽtanẗ.
Ideo Job q̃uis eſſet vir ſctũs dice-
bat. Ago pñiam in fauilla ꝛ cinere.
Job vlti. Joãnes baptiſta ſanctifi-
catus in vtero fugit ab annis tene-
ris in deſtũ vbi tã aſpe vixit et tãtã
pñiam egit q̄ dicebaẗ de eo q̄ venit
Non manducãs neq; bibens Mat.
xi. Saluatoꝛ noſter qui pctm̃ non fe
cit in deſerto quadraginta diebꝰ et
quadraginta noctibus ieiunauit.
Mat. iiij. ¶ Penitẽtes deus beni-
gne recipit eoꝝ pñiam acceptando
Naz Manaſſes rex iuda qui ꝓpter
peccata ductꝰ fuerat in Babylonẽ
qñ repenituit deꝰ benigne recepit. ꝛ
eũ ad gaudiũ priſtinũ collocauit. vt
patet. ij. Paralip. vlt. Vñ Auguſti
nus. Tãta eſt dei miſicoꝛdia q̄ deꝰ
penitẽtẽ intantũ diligit ſicut illũ q̃
nunq̃ peccauit. Libẽter enĩ deus re
cipit pctoꝛes ad pñiaz. qꝛ p̄dicatio
nem ſuam a penitentia dicitur ince
piſſe Mat. iiij. Magdalenam beni-
gne recepit ꝛ magnam familiarita
tem oſtendẽs ei eam multipliciter
commendauit. vt habetur Luc. vij.
Ad hoc idẽ facit exemplũ de filio ꝓ
digo q̃ benigne fuit receptus a pr̃e.
Luce. xv. Sic alacriter deꝰ recepit
penitẽtes. vt dicat Gaudiũ eſt ĩ celo
ſup vno peccatoꝛe penitentiã agẽte
magis q̃ ſup nonagintanouẽ iuſtis
Luce. xv. Mat. xviij. Libenter rece
piſſet xp̄s penitentiã iude ſi qñ fuit
penitentia ductus non deſperaſſet
nec ſeipſum laq̃o ſuſpendiſſet. Mat
thei. xxvij.

## Capi. centeſimũ p̄mum.

¶ De peregrinis et hoſpitibus.
Peregrini recipiendi ſunt:
Cum hylaritate dei militias hoſpi
tantes.
Liberalitate. pias delitias mini-
ſtrantes.
Dei vtilitate nouas letitias expe-
ctantes.
Sed in paucitate veras diuitias p̄-
monſtrantes.

Peregrinos debet recipe
hõ hylariter. qꝛ frequen
ter recipit xp̄m et ange-
los in ſuum hoſpitiũ recipiẽdo eos.
Nam abꝛaham celeriter recepit do
minũ ꝛ angelos ĩ hoſpitio quos cre
debat eſſe homines peregrinos Ge
ne. xviij. Loth reputãs homines eſ-
ſe angelos ꝛ peregrinos tranſeũtes
ſuſcepit hoſpitio ꝛ defendit vt potu
it a ſodomitis eis nephandã violen
tiã volẽtibus irrogare Gen. xix. In
diſcipulis ſeipm aſſerit recipi ꝛ con
tẽni cũ dicit. Qui vos recipit me re
cipit: et qui vos ſpernit me ſpernit.
vt habeẗ Mat. x. Luc. x. Paulꝰ ait
Hoſpitalitatez nolite obliuiſci: per
hanc enĩ placuerunt quidã angelis
hoſpitio receptis. Hebꝛeo. vltimo.
¶ Peregrinos debet homo recipe
leta facie neceſſaria miniſtrando.
Sic liberalis ꝛ ꝓuida videbaẗ eſſe
Rebecca quando ſeruo Abꝛahe di
xit. Ingredere benedicte: cur foris
ſtas preparaui domũ ꝛ locum came
lis tuis Gen. xxiiij. Sine magna p̄
ce ꝛ libẽter moyſes a Jetro receptꝰ
eſt hoſpitio. ex quo poſtea eius filia
et nepotes fuerunt magnifice hono
rati ſicut ipe vellet letãter ꝛ libẽter
recipi. Ideo dixit moyſes Dominꝰ
amat peregrinum et dat victum. a-
mictum. veſtitũ. ꝛ vos debetis ama
re peregrinos. quia ipi fuiſtis adue

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne vt patet Deute.x. Exploratores
quos miſerat Joſue raab libēter re
cipit Joſue.ij. Liberalis hoſpitala
rius fuit Job qui dicebat. Foris nō
remanſit peregrinus oſtiū meū ap-
tum remanſit viatori. Job.xxxi. ca.
Ambulans Jeſus per mundum nō
habebat vbi caput ſuū reclinaret. ſ3
⁊ martha eum libenter ſuſcepit ho-
ſpitio. Luce.x. Sic libēter debēt re
cipi peregrini ꝗ ſunt cogendi intra
re hoſpitiū exemplo duorū diſcipu-
lorum euntiū in emaus qui xp̄m pe-
regrinum coegerunt. vt patet Luc.
xxiiij. ¶ Peregrinos recipientes
multas a deo recipiunt gratias et
multa miracula. Nā Helyas pere-
grinus ſuſcitauit filiū mulierꝫ apꝰ
quā hoſpitio eſt receptus. iij. Regū
xvij. Mulieri ſunamiti filio non ha-
benti Heliſeus ab ea receptꝰ hoſpi-
tio ⁊ filium impetrauit ⁊ ip̄z poſtea
ſuſcitauit. iiij. Regū. iiij. Gaudēs re
cepit Zacheus ī ſuo hoſpitio ſalua
torem et ip̄e ei gaudium duplicauit
qn̄ ſalutē eiꝰ domui nunciauit. Lu
ce.xix. Publius princeps paulum
cū ſocijs de ꝯfracta naui euaſos ſuſ
cepit hoſpitio. Paulus aūt libera
uit patrē eius a febribꝰ ⁊ de dyſente
ria laborantem. Act.xxviij. ¶ Pere
grinos recipiunt hoſpitio paupes
⁊ artifices magis ꝗ̄ nobiles ⁊ diui-
tijs abundātes. Nā in Gabaa Ben
iamin non inuenit leuitā ꝗ eum ho-
ſpitio receptaret niſi ſenem de ope-
re reuertētē Judi.xix. Helyas in ſa-
repta ſydonie ſolum a vidua paup-
cula hoſpitio eſt receptus. iij. Reg.
xvij. Petrus apoſtolꝰ eſt apud quē
dam Symonem coriarium hoſpita
tus. vt patet Actuū.x.capit. Pau-
lus manebat apud priſcam et aqui
lam qui erant eiuſdem artis. Actu
um.xviij. Lidda purpuraria roga-
uit paulum et ſocios eius ſecum in
hoſpitio habitare: vt clare patet.
Actuum.xvi.

## Capit. centeſimū ſecundū.

¶ De permiſſione diuina.
Permittit deus aliquando bonos
flagellari addens cōſolationem.
Electos temptari ſubiungēs depra
uationem.
Malos debellari iniungens cōſola
tionem.

PErmittit deus bonos af
fligi ad tēpus eos poſt-
ea mirabiliter exaltan-
do. Sic ꝑmiſit Jacob pati ab Eſau
qui poſtea repatriauit ditatus abū
dantiſſime. Geneſis.xxvij. Thobiā
excecari permiſit quem poſtea illu
minatu3 gaudio ampliauit. Ut cla
re habetur Thobie.ij. Job grauiter
affligi ⁊ depauperari ꝑmiſit. cui poſt-
ea omnia duplicauit. Job ꝑ totum.
Dauid longo tp̄e permiſit pati per
ſecutionem ſaulis quē ī regē poſtea
ſublimauit. i. Reg.xviij. ⁊ ſequētibꝰ
Filios iſrael affligi ꝑ Holofernem
ꝑmiſit quibus poſtea victoria3 ma-
gnam dedit. Judith.xiij. ꝑ totum de
victoria. De hac materia Require
plura de iudicijs dei occultis. cap̄.
xvij. ¶ Permittit deꝰ aliqn̄ bonos
hoīes cadere in pctā grauia. vt non
glorient̄ de ſua ſanctitate: nec confi
dant de ſua conſtantia: vt alijs ſciāt
compati quādo peccant. Sic ꝑmi-
ſit cadere Sanſonem fortiſſimum.
Judicum.xvi. Dauid ſanctiſſimum
ij. Regum.xi. Petrum promptiſſi-
mum. Math.xxvi. De hac materia
quere plura de iudicijs dei occultis
ſupra cap̄.xvij. ¶ Permittit aliqn̄
deus populum flagellari ꝓpter pec
cata prelatorum malorum. Sic de-
us ꝑmiſit ꝙ filij iſrael debellarent fi
lios Beniamin propter eorum ſce-
lus et peccata. Judi. vigeſimo. Sic

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiã ꝓpter pctã populi ⁊ filioꝝ Heli ꝑmiſit a philiſteis iſrael debellari.i.Reg.iiij.De hac materia quere plura de iudicijs dei occultis vbi ſupra.xvij.⁊.xiiij.Plures etiam diuiſiones ⁊ exempla:quere ibidẽ:q: fere eadẽ eſt materia vtriuſqȝ capi.

## Capi.cẽteſimũtertiũ.

¶De permiſſione humana.
res et paruulos omnes ſunt occiſi.
Judicum. xx. Propter ſuperbiam
numerationis populi Dauid ceci
derunt. lxxij. milia hominum. ij. Re
gū. xviij. id eſt vltimo. Strages ma
gna facta eſt in infidelibus a fideli
bus adiuuāte deo. Nā magnā cedē
fecerūt filij iſrael de madianitis qđ
patet in preda quam fecerūt que fu
it. xij. milia virginum omnes autē
mulieres corrupte et viri fuerūt oc
ciſi. Nume. xxxi. Tēpore Joſue fu
erunt occiſi homīes infideles: tam
in ciuitatibus ꝙ in caſtris. Joſue ꝑ
totum. Temporibꝰ delbore gedeo
nis et Jepte multi fuerunt occiſi vt
patz Judi. iiij. vij. xi. Interfecto Go
liath multi philiſtei fuerunt occiſi.
i. Regum. xvij. Aduerſꝰ Gorgiam
ſex milia hominum peremerunt vi
gīti milia per auxilium eis datum
a deo. ſecun. Machabeo. viij. Pro
pter prelia que commiſit iudas ma
chabeus contra appolonium et ſe
ron principem exercitus eius mul
ti perierunt. de quibus habetur. i.
Machabe. iij. Legitur duodecim
habuiſſe victorias Judas ab. viij.
capitulo. Machabeo. ſecundi vſqꝫ
ad finem in quibus multa milia ho
minum perierunt. In primis ceci
derunt de his qui erant cum Thi
motheo et bachide duodecī milia.
Conſequēter qui cum Thimotheo.
xxi. milia: Deinde de iudeis vigin
ti quinqꝫ milia. Item cum liſia duo
decim milia poſtea in quodam pre
ſidio Thimothei decem milia. Itē
cum antiocho tredecī milia. Item
in carnon fortiſſima ciuitate duode
cim milia. Item in ephon viginti
quinqꝫ milia Item cum nicanore vi
ginti quinqꝫ milia Item in caſtris
Antiochi īpatoris quattuor mi
lia. Numerus occiſorum. cxxxi. mi
lia. ¶ Strages hominum aliquā
do facta eſt iuſto dei iudicio et occul
to aliquando de bonis. Nā magne
ſtrages fuerunt quando illi quattu
or reges zodomitas debellauerunt
et loth ceperunt Qui poſtea ipſi ab
abraham et pueris eius debellati
fuerunt licet eorum numerus non
ponatur. Gene. xiiij. In diebus he
ly quādo fuit capta arca. ceciderūt
de iſrael triginta milia pugnatorū.
i. Regum. quar. Aſa rex iuda ha
buit in exercitu ſuo. clxxx. milia pu
gnatorum Ethiopes vero decies cē
tena milia. et venerūt ethiopes ad
interitum. ſecun. Paralip. xiiij. ca
pitulo. Phacee filius romelie oc
cidit vna die de iuda. cxx. milia bel
latorum. ij. Paralipo. xxviij. capit.
Tempore ſuperbi Aman ceciderūt
in regno Aſſueri. lxx. milia de hoſti
bus iudeorum. Heſter. ix. Quan
do antiochus cepit hieruſalem in
triduo fuerunt interfecti octogin
ta milia et quadraginta milia vin
cti. et vno minus venditi. ij. Ma
chabe. quin. Occiſus eſt Judas cū
multis ꝛ reliqui fugerunt. ꝑmi Ma
chabeorum. ix.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Ca. cẽteſimũ vigeſi. ſextũ.

¶ De ſuperbia ⁊ iactantia.
Superbi et vane glorioſi ſunt:
Suis maioribus inobediẽtes
A ſuperioribus cito diſcedẽtes.
Nimis in honoribꝰ gloriã qrẽtes.
Multis facinoribus cauſam indu-
centes.
Dedignãtꝫ animi moribꝰ reſiſtẽtes.

Superbi ſunt ĩobediẽtes
deo ⁊ ſuis maioribꝰ. Nã
eua propter excellentiã
quã appetiuit. cum audiſſet. eritis
ſicut dij. de ligno vetito comedit. et
ideo inobediens fuit. Geñ. iij. Agar
vidẽs ſe cõcepiſſe deſpexit dominã
ſuam ⁊c. Geñ. xvi. Pharao ſupbus
nolens deo obedire dixit. Neſcio do
minũ ⁊ iſrael non dimittã. Exodi. v.
Rebellio ⁊ ĩobediẽtia chore ⁊ cõpli
cum eius ex ſupbia magna ꝓceſſit.
Nũe. xvi. ¶ Supbia ⁊ humiliatio
ducũt hoĩem ad locũ ſibi deputatũ.
Nã qui ſe humiliat exaltabitur. ⁊c.
Mathei. xxiij. Luce. xviij. ⁊ eiuſdẽ.
xiiij. Ideo volentes ſuperedificare
turrim habuerunt diuiſionẽ lingua
rum. Geñ. xi. Grauiter fuit punitꝫ
peccatũ elationis Dauid qñ popu
lũ numerauit. ij. Reg. xxiiij. Aman
qui volebat ab omnibus honorari:
fuit patibulo ſuſpenſus. Heſter. vij.
ca. Nabuchodonoſor ꝑ ſuperbiã de
poſitus eſt de ſolio. et gloria eiꝰ ab-
lata eſt. Danie. iiij. cap̃. Balthaſar
per ſuperbiã interfectus eſt. ⁊ Da-
rius ſucceſſit ei. Danie. v. Nicanor
ita erat ſuperbus ꝙ vendebat iude
os anteꝗ̃ eos in campo vinceret: et
tamen fuit debellatꝰ. i. Machabeo
rum. vij. ⁊. ij. Machabeorꝫ. xv. Fu-
gatus turpiter antiochus de perſi
a ſuperbe locutus eſt: ſed deus per-
cuſſit eum inſanabili plaga. ij. Ma
chab. ix. Herodes ſuperbe indutus
cum populꝰ ei clamaret laudes di-
uinas ab angelo eſt percuſſus. Act.
xij. ¶ Superbi deſiderant gloriam
et honores. Nam Saul petijt corã
Samuele populis ⁊ ſenioribus ho
norari. i. Regum. xv. Poſiti ad cu-
ſtodiam turris dixerunt. Faciemꝰ
nobis grande. i. Macha. v. Contra
gloriantes de prima genitura ẽ ꝙ
Cayn natus eſt ante abel Gene. iiij.
Eſau ante Jacob. Gene. xxvij. Ma
naſſes filius Joſeph anteꝗ̃ effraym
q̃ tñ habuit benedictionem dextre.
Gene. xlviij. Dauid fuit minimꝰ in-
ter fratres. i. Reguꝫ. xvi. Adonias
natus eſt ante Salomonẽ et tamẽ
Salomon regnauit. ij. Reguꝫ. iij. et
iij. Reg. ij. ¶ Supbia eſt cauſa mul
torum peccatorũ. Nam volũtas do
minandi quam habuit hieroboam
timẽs ne ppl's rediret ad dominum
fecit eum idolatrare. iij. Reguꝫ. xij.
Poſt victoriã habitã de arphaxat
Nabuchodonoſor amplíꝰ eleuatuꝫ
eſt cor eiꝰ ⁊ mltas gẽtes ⁊ regna de-
ſtruxit. Judit. i. Antiochus ſupbus
intrauit in ſancta ſanctorũ cũ ſuper
bia ⁊ accepit altare aureũ: vt habe
tur. i. Mach. i. Alchimꝰ ſupbe ⁊ fal-
ſe accuſauit iudã ⁊ ppl'm iudeorũ. i.
Mach. vij. Diſcipulis cũ gloriaren
tur dicentes. Etiam demonia ſubij
ciuntur nobis: Chriſtus reſpondit.
Videbam Sathan quaſi fulgur de
celo cadẽtem. ſcilicet vt vos ad pec
cata traheret. vt clare habetur. Lu
ce. x. ¶ Superbi ſunt dedignantis
nature Nam abimelech percuſſus
a muliere vocauit armigerũ dicẽs.
Percute me ne dicatur ꝙ a femina
ſum occiſus. Judicũ. ix. Nicanor iu
deis dicẽtibus. Eſt deus in celo qui
iuſſit agi diem ſeptimum. Indigna
tus reſpondit. Et ego potens in ter
ra qui impero. id eſt iubeo negocia
regis impleri. ij. Macha. xv.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Ca. cēteſimū vigeſi. ſepti.

¶ De ſuſpitiōe ꝛ falſa credulitate.

Suſpitioſi ſunt vxoꝝ zelatores male cogitātes.

Falſoꝝ creditores atq₃ approbantes.

Bonorum perverſores praue comitantes.

SUſpitioſi ſūt zelotypi de ſuis vxoꝛibus. Nā cogitauit Abrahā ꝙ nō erat timoꝛ dei in gerara et ꝙ occideretur pro vxoꝛe ſua. Gen̄. xx. Poſtꝙ turbatus eſt Aſſuerus contra Amā et ille iaceret ſuper lectū Heſter rogās eam pro ſalute ſua dixit rex ꝙ reginā volebat opprimere. Heſter. vij. ¶ Suſpicioſi vt plurimū ſunt falſa credentes. Nā ſuſpicatus Laban ꝙ Jacob furat⁹ eſſet deos ſuos ſcrutatus eſt ſupellectilem eius: ꝛ tamen nō inuenit Gene. xxxi. Jacob videns tunicam tinctā ſanguine credidit Joſeph eſſe moꝛtuum. Gen̄. xxxvij. Fratres ioſeph ducti ad comedēdum crediderūt ꝙ vellet eos ſubiugare ſeruituti. Gene. xliij. Cum iuiſſet Samſon in domum patris ſui parētes vxoꝛis crediderūt ꝙ odio repudiaſſet eam et tradiderunt eā alteri. Judicū. xiiij. Uidentes diſcipuli ambulantē dominū ſupra mare putauerūt eū eſſe phantaſma. Mat. xiiij. Diſcipuli timebant Saulo adherere ſuſpicantes eum non eſſe conuerſum. Actu. ix. ¶ Suſpitioſi omnia bona cōuertunt in malū. Nam Hely videns annam ei verbum nō ferentem eſtimauit eam ebrioſam eſſe. i. Regum. i. Miſit dauid nuncios ad conſolandum regem Amon ſuper moꝛte patris principes aūt ſuſpicati ſunt ꝙ cauſa exploꝛandi veniſſet. ij. Regū. x. Cū Hieremias iret ad portas beniamin cuſtos porte ei impoſuit ꝙ ad chaldeos iret. Hieremie. xxxvij. Phariſeus qui xp̄z inuitauerat vidēs mulierē flentē ſuſpicatus eſt et murmurauit. Luc. vij. Ali⁹ phariſeus vidēs publicanū oꝛantē ſuſpicatus eſt et credidit de eo malū. Luce xviij. De apoſtolis varijs linguis loquētib⁹ dicebāt iudei ꝙ eſſent ebrij muſto potato. Actu. ij. Barbari vidētes viperā pēdētē ad manū pauli ꝛ nō aliqd mali habētē crediderūt. eū eē homicidā ꝛ magū. Act. xxviij.

## Cap. cēteſimū vigeſi. octa.

¶ De tēptatione ꝛ probatione hominum.

Temptat deus homines:

Si in voluntate ſint obſequētes ei credendo.

In ꝓſperitatibus ſe corrigentes bene viuendo.

In aduerſitatib⁹ ſint patiētes non conquerendo.

TEmptat deus aliqñ hominē vt ꝓbet illū ſi ſit ei obediens vel ſibi credat Sic tēptauit Abrahā ꝛ dixit ei. Tolle filium tuū quem diligis ꝛ offer illū. Gen̄. xxij. Dixit dñs ad Philippū. Uñ emem⁹ panes vt māducēt hi. hoc āt dicebat tēptās eū. ipe vero ſciebat quid eſſet facturus. Joan. vi. ¶ Temptat deus homines in ꝓſperitatibus tpalibus ꝛ ſpūalibus vt bonū faciant. Sic temtauit populum in deſerto dicens. Ego pluam vobis panez de celo colliget quilibet quātū ſufficere poſſit vt temptet populum vtrum ambulet in vijs meis vel non. Exodi. xvi. Loquente Moyſe populo cunctus populus audiebat voces: videbat lampades ardentes ꝛ moꝛtē fumigantē dixit Moyſes vt ꝓbaret nos venit deus ne peccaretis. Exo. xx.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Tēptat deus hoīes ſeu ꝓbat tri-
bulationibꝰ vtrū patientiā ⁊ ꝟtutē
habeāt. Jō nō deleuit penitꝰ hoīes
de t̄ra ꝓmiſſiōis vt ꝓbaret ꝑ ipſos
iſrl̄ ſi ſeruarent eius mādata. Judi.
ij. Dereliquit deus Ezechiā vt tem-
ptaret ⁊ nō fierent oīa q̄ erant in cor
de eius: qñ venerūt nuncij regis ba
bylonis ad eū. iiij. Reg. xx. Poſtq̄
Thobias fuit cecatus ſuſtinuit tē-
ptationem. Jō ꝑmiſit deus euenire
illi vt poſteris exēplū eius patien-
tie daret. Thob. ij. Judith dixit tpe
obſidionis Holofernis. Memores
eſſe debetꝭ quō temptati ſunt pr̄es
vt ꝓbarent ſi vere colerēt deum. Ju
dith. viij. Job ꝓpter multas tribu-
latiōes dicebat. Probauit me dñs
quaſi aurum qđ ꝑ ignē tranſit. Job
xxiij. ca. Temptauit deus petrum
ambulantē ſupra mare ꝑ ventū vali
dum ſcȝ ꝑ tribulationē. Mat. xiiij.

## Ca. cēteſimū vigeſi. nonū

¶ De tēptatione hoīs in deū.
Tēptare nō debet homo deū:
Se exponendo ad magna pericula
cū deſperatis.
Semꝑ perdendo tpis curricula cū
obſtinatis.

TEmptare nō debet ho
mo deum exponēdo ſe
periculis cū deſꝑatio-
ne dicēs. Si deꝰ nō ꝑmiſerit non no
cebūt mihi. Jō abrahā ingrediens
egyptū prudēter tacuit ſarā eſſe ſu-
am vxorē ne ſe ⁊ illā in diſcrimen po
neret Geneſ. xij. Simile fecit idem
Abrahā. Geñ. xx. Et yſaac fecit il-
lud idē. Geñ. xxvi. Niſi eñ ſic fecis-
ſent deū quodāmodo tēptaſſent. vt
dicit ſanctus Auguſt. ſuꝑ Geneſim
Quia ſemel ſuperatis filijs iſrl̄ ite-
rum ſe ꝑiculis expoſuerunt tēptan
tes deum: et ducētes arcam domini
fuit arca capta ⁊ ipſi debellati: vt pa
tet. i. Reg. iiij. Sciebat Dauid ſe re
gnaturū poſt ſaulē quia vnctꝰ erat
a Samuele: non tamen cōmittebat
ſe diſcrimini: ſȝ cuſtodiebat ſe vt de-
bebat. i. Reg. xxvi. cap. Cum piſcis
inuaſiſſet Thobiā non expectauit
vt angelus eum eriperet: ſed ipſe ſe
iuuit: ⁊ brāchiam apprehendēs te-
nuit piſcem: cū tñ angelus eū cito li
berare potuiſſet: vt habet Thobie
vi. ca. Saluator tēptatꝰ vt ſe de pi-
naculo ꝓcipitaret reſpōdit diabolo
Nō tēptabis dñm deū tuū ⁊c. Scri
ptum eſt licet Angelus ſuis man-
dauit de te vt cuſtodiant te in omni
bus vijs tuis: potuiſſet enim aliter
deſcēdere ⁊ non ponere ſe periculo:
vt habetur Mat. iiij. Luc. iiij. Pau
lus cum poſſet expectare et miracu
loſe euadere voluit tñ ꝑ ſportā ſub-
mitti de muro. Actuū. ix. Item cum
tribunus vellet eum facere torque-
ri dixit ſe eſſe ciuem Romanū. Act.
xxij. Item cum haberet iniquū iudi
cem Ceſarem appellauit: vt habet
Actuū. xxv. ¶ Temptat deus obſ
tinatos et peccatores tēpus eoꝝ
perdētes: ſicut populus iſrael mul
totiens temptauit deum in deſerto
Numeri. viij. ca. Oziam qui ſtatuit
populo terminū reꝑhendit Judith
dicēs. Qui eſtis vos qui temptatis
deum. Judith. viij. Judeis querenti
bus. ſi liceret cenſū dare Ceſari: vt
Jeſum caperēt in ſermōe reꝑhēdit
eos dicēs. Quid me tēptatis hypo
crite? Ōdite mihi numiſma cēſus
cognouerat enī eoꝝ nequitiam. vt
patet Matthei. xxij. Cum eieciſſet
Jeſus demonium ⁊ locutus eſt mu-
tus: quidam temptantes eū quere-
bant ſignū de celo. Math. xvi. Pe-
trus increpans dure dixit Zaphire
vxori ananie. Quid cōuenit vos tē-
ptare ſpiritūſanctū: vt ptȝ. Actu. v.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Capi. cētesimū trigesimū.

C De tēptatione diaboli.
Temptationi diaboli:
Nō eſt credendū: qr ſagaciter cum
fraudulentia habet offerre.
Non eſt cedendū: qr mēdaciter ver-
ba latētia habet proferre.
Nō eſt obſequendū: qr tenaciter cū
violētia habet inferre.
Sed reſiſtēdū ptinaciter: vt cū pru-
dentia queāt illā referre.

TEmptat diabolus ſa-
gaciter ⁊ cū fraudulē-
tia. Nā in ſerpēte cal-
lide humanu genus temptans ince
pit a parte debiliori. ſ. a muliere. Ge
neſis. iij. Itē explorādo a lōgo ince
pit ⁊ non ex abrupto comedere po-
mum ſuaſit. Gen̄. iij. Itē nō tempta
uit mulierem de peccatis ad q̄ nul-
lam haberet inclinationē: ſʒ de eſu
pomi ſuaſit ⁊ de curioſitate ſciendi
bonū ⁊ malū. ⁊ de dignitate maiori:
vt patet Gen̄. iij. Sagaciter ꝯſurre
xit Sathan ꝯtra iſrl' cum incitauit
Dauid vt faceret pplʒ numerari. i.
Paralip. xxi. ⁊. ij. Reg. vlti. Saga
citer ꝓcurauit diabolus mortē xp̄i
cū miſit in cor iude vt traderet eum.
Joh. xiij. C Temptat etiam diabo-
lus mētiēdo et vnū ꝓ alio oſtēdēdo
Nam negauit penam tranſgreſſio-
nis dicēs. Nequaq̄ moriemini: ⁊ ꝓ
miſit bona ex tranſgreſſione: et ſub-
iunxit: ſed eritis ſicut dij. Gene. iij.
Saluatori etiam oſtēdit oīa regna
mundi di. mentiendo. Hec oīa dabo
tibi ſi cadēs adoraueris me. Mat.
iiij. Luce. iiij. Ob hāc cauſam dixit
Petrus ananie. Cur tēptauit vos
Sathanas mentiri ſpirituiſancto?
Actu. v. C Temptat etiā diabolus
tēptationes inferēdo: ſicut petijt tē
ptare Job in rebus filijs ⁊ perſona.
Job. i. ij. iij. Inſtante paſſione dixit
Jeſus Petro. Sathanas expeti-
uit vt vos cribraret ſicut triticū. Lu
ce. xxij. C Temptationes volentes
vitare ſapientia vti debēt in reſiſtē-
do ⁊ nō debēt alicui reuelare homi-
ni quem credāt de eodem vel ſimili
vel maiori eſſe temptatū. ſed alicui
diſcreto vel ſancto viro qui cōfortet
eos in bono. Nā illi duo ſenes tem
ptationem ſibijnuicē reuelātes ad
peius ꝓuocati ſunt. Danie. xiij. Tē
ptationes nos docuit vincere xp̄s ī
ſua temptatione quando fuit tēpta
tus a tribus: ſcilicet gula: ſuperbia
et auaritia ad q̄ poſſunt oēs alie tē-
ptationes reduci: ipſe oſtendit non
per potentiam ſed ſapiētiam: ⁊ ſcri
pture verba vicit ⁊ vincere nos do-
cuit. Mat. iiij.

## Cap. centeſimū trige. pri.

C De timore dn̄i.
Timere debet homo deū:
Ut poſſit ſubſiſtere in ꝑfectione ne
decipiatur.
Ut poſſit deſiſtere ab offenſione ne
irretiatur.
Ut poſſit perſiſtere in ꝑfectione vt
lex impleatur.
Ut poſſit deſiſtere ne punitiōe gra-
ui puniatur.

TImere debet homo ſem
per deum: qr vſq͡ʒ ad bea
titudinē cōfirmat⁹ non
poteſt eē homo ſecurus
Nā angeli in celo ⁊ primi parentes
in terreſtri paradiſo peccauerūt: vt
patet Gen̄. iij. ⁊ Eſaie. xiiij. ca. Loth
qui inter peſſimos peccatores fuit
bonus: tn̄ poſtq̄ exiuit inebriatus
cum filiabus peccauit. Geneſ. xix.
C Timor dn̄i facit hominem a pec-
cato deſiſtere ⁊ pctā cauere. Jō cre-
didit Abraham q̄ abymelech face
ret eum occidi ꝓpter Saram dicēs
Cogitaui q̄ non eſſet timor dei in lo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

co iſto Geñ. xx. Obſtetrices deuꝫ timuerunt: ídeo nõ necauerũt filios hebreorum. Exodi. i. cap. Junior Thobias q̄ exercebat nuptias cuꝫ timore dei nõ intrauit ad vxorem vſqꝫ ad diē tertiũ. Thob. viij. Eleazarus noluit vetita mãducare: ſed tormẽtatus ait. Dñe ꝓpter timorẽ tuũ libẽter hec patior. ij. Macha. vi. ¶ Timor dñi cauſa eſt ꝙ homo bene operetur ⁊ diligat deũ. Jdõ voluit dñs filijs iſrael timorẽ incutere et legem cũ tonitruis ⁊ igne dare. Exodi. xx. Poſt tranſitum marꝫ rubri quia timuit populus dñm crediderũt deo ⁊ Moyſi ſeruo eius. Exo. xiiij. capi. Abdias diſpenſator domus achab qꝛ timebat dñm abſcõdit ꝓphetas et pauit eos cum Hiezabel volebat eos occidere. iij. Regũ. xviij. Joſaphat docuit iudices vt timor domini eſſet inter eos ſi bene vellẽt regere populum dicens. Cõſule obſecro in pſentia ꝑ ſermonẽ dñi. ij. Paral. xviij. ⁊. iij. Reguꝫ. xiij. Plus timẽs Thobias dominuꝫ ꝙ regem rapiebat corpora occiſorum ⁊ ſepeliebat eos: vt patet Thobie. ij. Judith vidua: quia timebat dñm ſic opabat̃ vt nullus loqueret̃ de ea maluꝫ verbum. Judith per totũ. Jtem aliqua de quib⁹ cõmendat̃ Job ꝙ eſſet bonus iuſtus ⁊ timẽs deũ. Job. i. Uiri timorati ſepelierũt ſtephanũ quod eſt opus miſericordie. Actuuꝫ. viij. De cõuerſiõe cornelij dixit Petrus Jn omni gente qui timent deũ operatur iuſtitiam. Actu. x. ¶ Timorẽ dñi non habentes grauiter puniuntur. Nã oẽs quos miſit rex babylonis ad inhabitãdaꝫ Samariã nõ timuerunt deum: ⁊ miſit deus leones qui interficerent eos. iiij. Reg. xvij. Jonas qui deum non timuit tempeſtatem meruit quod naute vidẽtes timuerunt deum. Joſue. i. Ob hanc cãm dixit dñs. Timete eũ q̄ põt corpus ⁊ aiaꝫ pdere i gehẽnã: vt Mat. x. Si tã grauit̃ punitus eſt ſeruus q̄ nõ timẽs deũ nõ multiplicauit talẽ tũ: Quid fiet de illis q̄ oĩa bona ſua viuẽdo luxurioſe diſſipant: vt patet Mat. xxv. Ualde grauit̃ puniũtur illi q̄ opa iniq̄tatis ꝑpetrauerũt deum nõ timentes: ex quo ſic puniunt̃ qui opa pietatis ⁊ mĩe nõ exercent. Matthei. xxv.

## Ca. cẽteſimũ trigeſi. ſecun.

¶ Timor maloꝝ de bonis.
Timent mali bonos:
Sciẽtes adeſſe pugnatoris preſentiam.
Uidentes ineſſe punitionis ſententiam.

Timent mali bonos qꝛ ſciũt deũ eſſe cũ eis et ꝓ eis pugnare: ĩõ dixit abimelech ad abrahã. Dñs tecũ eſt ĩ cũctis q̄ agis iura ne noceas mihi. vt ptꝫ Geñ. xxi. Egyptij inſeq̃ntes filios iſrael dixerũt. Fugiam⁹ iſrl̃ qꝛ dñs pro eis pugnat cõtra nos. Exo. xiiij. ca. Uidẽs Saul ꝙ dñs eſſet cũ Dauid cepit timere eũ. i. Reg. xviij. Herodes timebat eũ ſcꝫ Joannem ſciens eum eſſe iuſtũ ⁊ ſanctũ ⁊ amicũ dei. Mat. xiiij. Marci. xv. ¶ Timent mali bonos ꝓpter vindictas ⁊ vltiões quas vidẽt fieri ipis vel a deo pro eis. Nam princeps quadragenarius qui tertio venit ad Helyã reuerẽter locutus eſt ei: quod quia nõ fecerunt alij duo fuerũt ab igne cõſumpti. iiij. Regum. i. Cum completus eſſet murus in hieruſalem timuerunt oẽs gentes per circuitum Neemie. vi. Cecidit timor iudeꝛ fratrum propter eoꝝ victorias ſuper omnes gentes. ⁊ peruenit ad regeꝫ. primi Machabeorum. iij. Audie-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

runt aduerſarÿ que operatꝰ eſt Jo-
nathas in bello ⁊ timuerunt vt pa-
tet.i.Reg.iiij. Poſtq̄ liſias fuit de-
bellatus a Juda voluit cũ eo pacez
facere promittens oĩa ſe facturum:
vt patet.ij.Macha.xi. Poſt mortẽ
terribilem Ananie ⁊ ſaphire erant
diſcipuli dñi in porticu Salomo-
nis:ceterorum autẽ nemo audebat
cõiungere ſe illis:ſz honorabat eos
populus. Act.v. Facto terremotu
paulo ⁊ Syla exiſtentibus in carce
re cuſtos carceris tremefactꝰ ceci-
dit.Actu.xvi.

## Ca. cẽteſimũtrigeſimũter.

De tyrannorũ nequitia.

Tyrannorũ nequitia apparet:
Cum nitunt̃ extirpare excellentes
eos deprimendo.
Mentiuntur ſe amare ſubiacentes
multa promittẽdo.
Moliunt̃ lacerare impotentes eos
occidendo.
Perſequunt̃ eos dare corrigentes
penas inferendo.
Amplectunt̃ valde chare delinquẽ
tes iuſtos affligẽdo.
Illabunt̃ tormẽtare innocẽtes ma
lis complacẽdo.

Tyrannorũ nequitia ẽ q̄r
nitunt̃ omnes quos re-
gnare ⁊ pſperari timẽt
opprimere. Jõ pharao
varias vias inuenit: vt poſſit extin
guere filios iſrael:homines affligẽ
do laboribus ⁊ filios eorum ſubmer
gendo:vt patet Exodi primo. Aby-
melech filius Gedeonis vt ſolus do
minaretur occidit ſeptuaginta fra-
tres ſuos. Judit.ix. Poſt multa be
neficia a Dauid percepta ſaul que-
rebat eum ad mortẽ ⁊ occaſione ipi
us occidit.lxxxv.ſacerdotes.i.Re-
gũ.xij. Tyranni delectant̃ in cru
delitate. Nam ſeptem reges ampu
tatis manuum et pedum ſummita-
tibus faciebãt a domibo ſeph colli-
gere ſub menſa reliquias. Judicũ.i.
Manaſſes rex iuda effudit ſangui-
nem innocentum ⁊ impleuit hieru-
ſalem cruore occiſorũ innocentum.
iiij.Reguz.xxi. Quis habitatores
vrbium exirẽt honorare holofernez
Ferocitatẽ tñ eius nõ mutauerunt
Judi.ij. Aman magis crudeliter p
curabat omẽs iudeos occidere q̄
ſoli mardocheo parcere. Heſter.iij.
Nabuchodonoſor fecit crudelit̃ ſo-
cios Danielis mitti in fornacẽ. Da
nielis.iij. Effuſiões ſanguinis ⁊ mul
ta alia ⁊ crudelia leguntur de antio
cho:vt patet.i.Mach.i. Cõprehen-
ſos antiochũ ⁊ liſiã demetrius no-
luit videre:ſed iuſſit occidi .i.Ma-
cha.vi. Nimiã crudelitatẽ fecerunt
Tyranni miſſi ab antiocho in elea-
zarum ⁊ ſeptem fratres.ij.Macha.
vi.⁊.vij. Tyranni pditores ſunt ⁊
que promittunt non ſeruant. Nam
pharao multa nequiter moyſi pmi-
ſit q̄ poſtea nõ ſeruauit ſed in cõtra-
rium vertit. Exodi.vi.vij.⁊.viij. Ne-
quiter ex proditiõe triphon occidit
Jonatham cuz duobus filijs.i.Ma
cha.xiij. Herodes ſimulans ſe velle
adorare chriſtum eum volebat oc-
cidere:⁊ occaſiõe ipius occidit om-
nes pueros qui erant in bethleẽ et i
omnibus finibus eius: vt clare pa-
tet Mat.ij. Tyrannoꝝ iniquitas
eſt excãdeſcere in rephẽdẽtes ⁊ cor
rigentes eorũ vitia. Nam precepit
Jeroboam comprehendi viruz qui
arguebat eum.iij.Regũ.xiij. Occi-
dit baaſa rex iſrael Jehu prophetã
arguẽtem eum ſicut factum erat ei
verbum a domino:vt optime patet
iij.Regum.xvi.capit. Salmanaſar
percuſſus plaga pꝑter ſuperbiam
ſuam ⁊ blaſphemiã iratus multos
occidit:vt optime habet̃ Tho.i.ca.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tyrãni bonos opprimũt et malos
abſoluunt. Nam Jeſabel fecit He-
lyam queri ad mortẽm et ꝓphetas
baal fecit ſaluare quos tamen He-
lyas occidit. iij. Regũ. xix. Naboth
bonus mortuus fuit procurante Je
zabel: ſed non falſi teſtes qui fuerũt
contra eum. iij. Regum. xxi. Antio
chus menelaum ſacrilegum accuſa
tum abſcondit et accuſatores occi-
dit. ij. Machabeorum. quar. ¶ Ty
ranni ad petitionem principum in-
nocentes occidunt et opprimunt ſi
cut precepit Sedechias Hieremi-
am incarcerari. Hieremie. xxxviij.
Andronicus rogatus et ſollicitatꝰ
a menelao occidit Oniam ſummũ
ſacerdotem: vt patet. ij. Machabe-
orum quar. Herodes Joannem iu-
ſtum ad petitionẽ ſaltatricis in car
cere decollari precepit: quod et fa-
ctum eſt. Mathe. xiiij. Mar. vi. Pi
latus in chriſto cauſam non inueni-
ens mortis ad petitionem ſacerdo-
tum eum flagellauit ⁊ occidit. Mat
thei. xxvij. Occidit herodes Jaco-
bum et videns ꝙ placeret iudeis i-
carcerauit petrũ. Actuum. xij. Ad
petitionẽ queſtuariorũ magiſtratꝰ
fecerunt Paulũ et ſylã flagellari.
Actuum. xvi.

## Cap. cẽteſimũ trige. quar.

¶ De tribulationibus et eius effe-
ctibus

Tribulationum effectus ſunt:
Patientes confortare adducendo
ſolationem.
Delinquentes demonſtrare oſten-
dẽdo deuiationem.
Penitentes amare inducendo con
tritionem.
Suſtinentes exorare remouendo i-
dignationem.
Promerentes coronare conferen-
do premiationem.

Tribulationem libenter
et patienter portãtes ſe
quitur conſolatio et pro-
ſperitas. Nã Joſeph plꝰ
creuit et proſp eratus eſt in exilio ꝙ
ſi fuiſſet inter fratres ſuos ĩ domo.
Gene. xli. Quanto magis pharao
filios iſrael affligebat tãto plus mꝰl
tiplicabantur et creſcebant. Exodi
i. Helyã perſecutum a Jezabel an-
gelus confortauit et panem ⁊ aquã
oſtendit. ter. Regum. xix. Excecа-
tum et deriſum Thobiam dominꝰ
multipliciter conſolatus eſt. Tho-
bie. ij. et. x. Job ſuſtinuit tribulatio-
nes in rebus in filiis: et in ꝓprio ſuo
corpore. Nam in rebus fuit ſpolia-
tus: filiis fuit orbatus: ĩ perſona vꝰl
ĩ corpore fuit a diabolo flagellatꝰ.
In anima verbis vxoris et amicorũ
iniuriatus. et quia hec omnia pati
enter portauit multas inde cõſola-
tiones diuinas et temporales rece
pit: vt patet Job per totũ. Ezechiel
in medio captiuorum vidit mirabi-
les viſiões vbi fuit multipliciter le
tatꝰ Ezechielis. i. Pueri in cami-
no receperunt angelicam conſola-
tionem cum quibus nabuchodono
ſor vidit ſimilem filio dei: vt appa-
reret deum eſſe cum tribl'atis. Da-
niel'. ter. Unde per pſalmiſtam dicit
dominus. cum ipſo ſum in tribulati
one. ⁊c. ¶ Tribulationes veniũt ꝓ
pter peccata hominum Jõ fratres
Joſeph dixerunt. Merito hec pati-
mur. Gene. xlij. Quia poſt obitũ iu-
de machabei ſurrexerunt iniqui et
pctõres facta eſt fames magna. i.
Mac. ix. ¶ Tribl'atiões ĩducũt ho
mĩes ad penitẽtiã ⁊ cõtritionẽ. Nã
filij iſrael afflicti ſerpẽtibꝰ dixerũt.
Peccauimꝰ. Nu. xxi. Uidẽs dauid
punitionẽ ꝓpter pctm̃ elatiõis ſue
huĩliter cognouit culpã ſuã et egit
pniã. ij. Reg. xxiiij. Nabuch. ꝓmu-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatus in beſtiã recuperauit ſenſum
et penitẽs laudauit deum quem an
te blaſphemauerat. Daniel. quar.
Antiochus dum eſſet ſanus fuit ho
micida: ſed percuſſus penituit ꝛ de
um laudauit. ij. Mach. x. ¶ Tribu-
lationum remedium eſt oratio. Nã
in tempore tribulationis clamaue-
runt ad te ꝛ exaudiſti eos: vt pꝫ. Nu
mero. ix. Suſanna in dãnatiõe mor
tis poſita non habens recurſum ad
humanũ adiutoriũ flẽs orauit ꝛ ſu-
ſpexit ĩ celũ: ſicut auis a canibꝰ cir-
cundata ꝛ in terra poſita non habet
refugiũ niſi eleuet ſe in altum et vo-
let verſus celum. Dañ. xi. ¶ Tribu
lationes permitit deꝰ ſuſtinere bo-
nos a malis vt magis mereãt. Nã
ꝓ veritate quã hieremias pp̃lo pre
dicabat fuit percuſſus ꝛ incarcera-
tus. hieremie. xxx. ꝛ. xxxviij. Decre
tũ iniquũ erat factũ ab ĩpĳs vt oẽs
cruciarent̃ q̃ ſacrificare idolis nole
bant. ij. Macha. vi. Natus in mũdo
dñs cito ẽ paſſus ꝑſurã ab ĩpĳs qñ
cõpulſus ẽ fugere in egyptum: vt pꝫ
Mat. ij. Lapidato ſtephano facta ẽ
perſecutio ĩ apoſtolos ꝛ diſpſi ſunt
per mundum ad predicandũ. Actu
um. viij. Poſt ſuam conuerſionem
Paulus paſſus eſt multas tribula
tiones a iudeis. Nam prius noluit
cõprehendi et ſubmiſſus eſt in ſpor-
ta per murum. Act. ix. ij. Cor. xi. in
fine. Itẽ Paulus et Barnabas eie
cti ſunt de finibus ꝑſide excuſſo pul
uere de pedibꝰ. Act. xiij. In ciuita-
te liſtris prius receperũt honorem
poſtea lapidatus eſt Paulus vt pꝫ
Actuum. xiiij. Occaſione puelle cu
rate Paulus et ſilas ſunt ceſi ꝛ in-
carcerati. Act. xvi. Mltas tribula-
tiones alias et ꝑſecutiones eius re
q̃re ĩ actibꝰ apl̃orũ vſq̧ ad finem li-
bri Ab aduẽtu ſpiritusſãcti vſq̧ ad
ꝑſecutionẽ Joãnis ſub domitiano
fluxerunt anni circiter. l. Et illo
tempore ioannes non habuit tot et
tantas reuelationes: nec tãtum ec-
cleſie profuit q̃tum quando fuit in
exilio ĩ pathmos relegatus. Apo-
calip. per totum.

## Capitu. cente. trige. quin.

¶ De veritate que odium parit.

Veritas parit odium:
Si de odientibus quis bona loqua
tur.
Si de delinquentibus quiſq̃ corri-
gatur.
Si peruerſis gentibus quis com-
miſceatur.

VEritas p̃rio parit odi-
um: quãdo quis bonꝰ
dicit bonum de ĩimico
illius cui loquitur. Nam balaath
rex moab multum dolebat quando
balaam bene dicebat de populo iſ-
rael: licet hoc verum eſſet nec tantũ
eũ honorauit q̃tum decreuerat ho-
norare: vt pꝫ Numeri. xxiiij. Iratꝰ ẽ
ſaul ꝯtra Jonathan: qꝛ veritatẽ di
cebat excuſando dauid. i. Regũ. xx.
Cũ ṽitatẽ dixiſſet achior de pp̃lo iſ
rael ĩdignatꝰ holofernes voluit eũ
occidere. Judith. v. ¶ Veritas pa
rit odiũ qñ reꝑhendunt̃ ꝛ corrigunt̃
mali. Ideo Jonathas filiꝰ Gedeõis
fuit ĩterfectꝰ ab Abymelech qñ di-
xit veritatẽ arguẽdo eum. Judi. ix.
Cũ ꝓpheta ĩcrepaſſet regem Aſa:
Iratꝰ rex iuſſit eũ mitti ĩ neruum. ij.
Paralip. xvi. Sedech. ĩcarcerauit
Hieremiã qꝛ arguebat eũ ꝛ predica
bat veritatẽ. Hiere. xxxviij. Qꝛ Joã
nes baptiſta arguebat Hero. Ideo
ꝓ ṽitate iuſſꝰ ẽ decollari. Mat. xiiij.
Marci. vi. Odebãt phariſei verita-
tẽ chriſti loquẽtis ꝛ reꝑhẽdẽtis hy-
pocritas. Luc. xiiij. Matthe. xxiij.
¶ Veritas parit odiũ in malis ho-
minibus ꝓpter eoꝝ peruerſitatẽ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nam q̃ñ hieremias predicauit veritatem miſſus eſt a puerſis in lacũ vbi nõ erat aqua. Hieremie. xxxviij. Pro eo q̃ Daniel oñdit bel τ draco nes nõ eſſe deos miſſus eſt a puer ſis inter leones. Dañ. xiiij. Ex v̾bis veris eleazari in irãverſi ſunt impij qui in eũ fuerãt mitiores: vt patet. i Machabeoꝝ. vi. Principes ſacerdotum ceſis denunciauerunt apl̃is ne in nomine Jeſu veritatem loquerentur. Actu. v. Audiẽtes phariſei τ iudei v̾ba ſtephani diſſecabantur cordibꝰ τ ſtridebãt dẽtibus in eum Actu. vi. Multos aduerſarios habuit Paulus pro veritate quã predicabat. Actuum. ix.

## Ca. cẽteſimũ trigeſi. ſextũ

¶ De vnitate concordia τ cõmuni conſenſu.

Veritas et concordia:
Eſt deo placabilis atq̃ʒ gratioſa.
Malis eſt odibilis bonis precioſa.
In bello terribilis τ victorioſa.
Si quis eligibilis et eſt fructuoſa.
Vite perfectibilis et religioſa.

Vnitas multum placet deo τ ipſi plurimũ gratioſa ẽ. Ideo ex vno homine voluit humanum genus exire ad oſtendẽdum q̃tum gratum ſit ei vnitas in pluribus. Unde dicit Auguſtinus. Creare voluit vnũ: vnde multitudo ꝓpagaretur vt hac munitione vnitas ĩ multis ſeruaretur. Geneſis. i. ¶ Uniti debent eſſe homines ad bonum et non ad malum Unde populus iſrael vnitus fuit ad recipiendam legem. Exodi. nono. Auditis a Moyſe verbis legis reſpondit cunctus populus vna voce Cuncta que locutus eſt dominus faciemus: vt patet. Exodi. xxiiij. Ad faciẽdum templum τ veſtes ſacras miniſterioꝝum obtulit populꝰ vnanimiter neceſſaria. Exo. xxxvi. Congregatus eſt omnis iſrael quaſi vir vnus ad plateam et dixerunt Eſdre vt afferret librũ legis. Nee. viij. Cũ expoſuiſſet achior v̾ba holofernis omnis populus cõmuni locutione τ lamẽtatiõe τ fletu dño preces effũdebat Judith. vi. ¶ Uniti τ nõ diuiſi ſunt homines ĩ bello tp̃ali τ ſpirituali. Nam cõgregatꝰ ẽ oĩs iſrael q̃ſi vir vnus ad ſuccurrẽdũ τ p̃liãdũ et vindicandum ſtuprũ vxoris leuite. Judi. xx. Egreſſi ſunt omnes quaſi vir vnus ad ſuccurrendum fratribus in iabes et Galath. i. Regũ. xi. ¶ Uniti debent eſſe clerici et ſeculares in electione. Ideo venerunt vniuerſi tribus iſrael ad dauid ĩ ebron: vt vngerent eum ſuper iſrael regem ſecundi. Regum. v. Poſt mortem iude congregati ſunt omnes vnanimiter et dixerunt. Jonathe. Te elegimus nobis hodie in principem. i. Machabeoꝝ. ix. ¶ Uniti et vnanimes debent eſſe clerici τ apoſtolici viri. Ideo poſt aſcenſionem domini erant omnes diſcipuli in oratione: et ſic inuenit eos ſp̃us ſctũs et intrauit corda coꝝ. Actuum. i. Omnes qui credebant erant ſimul ac pariter τ habebãt omnia cõmunia. Act. ſecundo. τ. iiij. Punitis anania τ ſaphira factus eſt timor in eccleſia et erant vnanimes ĩ porticu Salomonis. Actuum. v.

## Capi. centeſi. trigeſi. ſepti.

¶ De voto et eius conſeruatione.

Uotum et eius circunſtantiã:
Repletio tormẽtoꝝ habet reficere.
Diſcretio vouẽdoꝝ habet afficere.
Impletio ꝓmiſſoꝝ habet ꝑficere.

Uotum vouere debent in tribulationibus oppreſſi vt a tribulationibus liberentur. Nã



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Jacob fugiens ꝑſecutionē votū vo
uit dicēs. Si fuerit mecū ⁊c. Geñ.
xxiiij. Debellato iſr'l ⁊ ablata ab eo
preda votū vouit iſrael deo ⁊ poſtea
victor fuit. Numeri. xxi. et Judith.
xv. Uiri q̄ erant in naui cū Jona tpe
tēpeſtatis timētes immolauerunt
hoſtias ⁊ vouerūt votū dño. Jone. i.
Antiochus poſtq̄ ꝑcuſſus eſt a do
mino inſanabili plaga vouit ſe mi
rabilia facturū. ij. Mach. ix. ¶ Uo
tum indiſcretū non debet homo fa
cere: et ſi faceret non debet ſeruare.
Tale votū fecit iepte quando ꝓmi
ſit immolare qđ primo ſibi occurrit
Judicū. xi. Pro indiſcreta et mala
cauſa vouit Abſalon volens rebel
lare patri. ij. Regū. xv. Crudele vo
tum ⁊ impium fecerunt iudei dicen
tes. Deuotiōe dei vouim⁹ nos nihil
guſtare donec occidamus paulum:
vt clare habetur Actuum. xxiij.
¶ Uotum facientes debent votum
reddere: ideo anna que vouit pro fi
lio obtinēdo ſtatim cum obtinuit fi
lium adimpleuit votū qđ vouerat
i. Regū. i. Letatus eſt populus cū
votum ſponte promitteret: quia to
to corde que vouerāt deo offerebāt
vt patet primi Paralipo. vltimo.
Aza rex iuda que vouerat pater ſu
us obtulit in domum domini aurū
⁊ argentum vt oſtendat q̄ vota pa
trum debēt reddere filij et heredes
vt habetur. ij. Paralipo. xv. Rex
artaxerſes precepit Eſdre ⁊ popu
lo vt facerent munera que promiſe
rāt domino. i. Eſdre. vij. et. viij. Om
nis populus poſt victoriā venit in
hieruſalem ⁊ tulerunt holocauſta ⁊
vota ſua. Judith. xvi. Heliodorus
flagellatus ⁊ per orationē ſanatus
hoſtias oblatas votis reddidit. ij.
Machabeorum. iij.

## Ca. cēteſimū trigeſi. octa.

¶ De zelo bono contra peccatores
Zelus bonus eſt acriter arguere pa
lam delinquētes.
Grauiter irruere in tranſgredien
tes.

ZElus bonus eſt ar
guere acriter publice de
linquentes. Nam vidēs
neemias onera portan
tes et vxores ducentes alienige
nas obiurgauit eos ⁊ acriter argu
it. Neemi. xiij. Confidenter arguit
helyas errantē populū et ꝓphetas
Baal fecit occidi. iij. Regum. xviij.
Onias ſacerdos viriliter arguit et
reſtitit ſymeoni volenti aliquid in
ciuitate moliri. ij. Machab. iij. Ui
ro zelo feruebat Joannes baptiſta
dicēs Genimina viperarum. Mat
thei. iij. Luce. iij. Et etiam arguēdo
herodem dicens. Non licet tibi ha
bere fratris tui vxorem ⁊c. Math.
xiiij. Marc. vi. Dure increpauit do
minus ſcribas ⁊ phariſeos dicens.
Ueh vobis ſcribe ⁊ phariſei. Mat.
xxiij. Ex ardenti zelo Stephan⁹ ar
guebat iudeos dicens. Dura ceruí
ce ⁊c. Actuū. vij. Paulus cum fer
uore reprehēdit helymam qñ dixit.
O plene omni dolo ⁊ omni fallacia
Actuum. xiij. ¶ Zelus bon⁹ eſt eti
am vlciſci et punire acriter iniuriā
dei in delinquētes. Ideo ſeuiebant
filij Jacob ob ſtuprum dyne oppreſ
ſe et acriter ſichem et oppreſſores
punierunt. Geneſis. xxxiiij. Moy
ſes iratus eſt pro vitulo facto a po
pulo: et tabulas confregit et popu
lum arguit et eos acriter puniuit.
Exodi trigeſimoſecundo. Multum
placuit zelus dño quē habuit phinc
es quando tranſfodit adulterātes
Nume. xxv. Precepit Joſue achi
or lapidari et ſupellectilem cōburi
q̄ tulerat đ anathemate Joſue. vij.
Grauiter vīdicauerūt filij iſrael ſce

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lus in vxorem leuite. Iudi.xx. Licȝ iehu rex fuerit malꝰ tñ laudatˀ qm̃ domũ achab deſtruxerat ⁊ arã baal deleuit.vt patet.iiij.Reguȝ.x.Magnus erat zelus Mathathie q̃ trucidabat hoĩes ſup arã.i.Macha.ij. Plures eiecit dñs vendẽtes ⁊ emẽtes de templo facto flagello de funiculis.Joan.ij.Luce.xix.Grandi zelo accẽſus eſt Petrus in ananiã et ſaphiram:vt patet actu.v.

## Cap. centeſimũ trige.no.

¶De zelo indiſcreto.

Zelus indiſcretus eſt:

Quãdo ꝓcedit nõ ex letitia caritatis:ſed ex inuidia.

Non ex iuſtitia equitatis:ſed ex diſplicentia.

Ex amicitia vanitatis nõ ex prouidentia.

Zelus indiſcretus eſt:qñ nõ ex charitate ſed ex inuidia mouet. Sicut Joſue vidẽs duos ꝓphetantes in caſtris voluit ꝙ Moyſes ꝓhiberet eos Numeri.xi. Male zelabant phariſei pro obſeruatione ſabbati qñ ex inuidia arguebant xp̄m curãtẽ egrotos.Mat.xij.Luc.xiiij. Joãnes euangeliſta ꝓhibuit quendam eijcientẽ demoniũ:q2 nõ ſequebatˀ xp̄m.Luce.ix. ¶Zelus ĩdiſcretus ⁊ malus eſt qñ correctio nõ procedit ex iuſtitia:ſȝ ex ira vel vĩdicta ſic Abyſai voluit amputare caput ſemei maledicentis Dauid:ſȝ Dauid nõ ꝑmiſit.ij.Regũ.xviij.Jonas iratus ꝓpter hederã deſiccatã volebat ꝙ deus deſtrueret ciuitatẽ.Jone.iiij.Jacobus et Joãnes irati:q2 nuncij dñi nõ fuerunt recepti voluerunt ꝙ ignis de celo deſcenderet et conſumeret nõ recipientes:ſed xp̄s rephẽdit eos.Luce.ix.Arguit xp̄s Petrum qui amputauit auriculaȝ ſeruo quia non erat tp̄s vindicte:ſȝ patientie.Mat.xxvi. ¶Zelus indiſcretꝰ eſt:qñ eſt inordinatꝰ amor per perſonã vel ad ritũ. Filij nãqȝ ꝓphetarũ faciebãt queri Helyã i aliquo monte vel in valle cũ eũ dñs aſſumpſiſſet.iiij.Regũ.ij.Cũ dñs diceret ſe paſſurum audiẽs Petrus increpauit eum dicẽs.Abſit hoc a te. Mat.xvi.Phariſei plus zelabant detractionibus ſuis ꝙ diuinis mãdatis.Matth.xxv.Emulator erat Paulus paternarũ traditionũ qñ accepit epiſtolas vt perſequeretur chriſtianos:vt clare patet Actuuȝ. ix.⁊.xxvi.⁊c.

¶Finitur Biblia aurea veteris ac noui teſtamenti magna cũ diligentia:⁊ fideli ſtudio recognita:et rurſus longe diligentius impreſſa.

## Sequitur eiuſdẽ tabula.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Incipit tabula ſecundū oꝛdinē alphabeti ⁊ numerū capitulorū ex oꝛdine poſitoꝛū et ſignatoꝝ in fronte folioꝛum.


¶ De A. De

| | |
|---|---|
| Abſtinentia et ieiunio. | Capi. i. |
| Acceptione munerum. | ij. |
| Acidia. | iij. |
| Adoꝛatione dei. | iiij. |
| Adulatione ⁊ blādicijs | v. |
| Ambitione. | vi. |
| Amicitia. | vij. |
| Amoꝛe dei. | viij. |
| Amoꝛe proximi. | ix. |
| Amoꝛe carnali. | x. |
| Angelis bonis. | xi. |
| Angelis malis. | xij. |
| Aīe reſur. ⁊ immoꝛta. | xiij. |
| Apparitionibus factis. | xiiij. |
| Aſpectu incauto. | xv. |
| Aſtutia ⁊ calli. falſa. | xvi. |
| Auaritia ⁊ cupidi. terrena. | xvij. |
| Auditu verbi dei. | xviij. |
| Auiditate mulierū. | xix. |
| Auxilio dei. | xx. |

De B. De

| | |
|---|---|
| Baptiſmate. | xxi. |
| Benedictione dei ad hoīem. | xxij. |
| Benedictione hoīs ad deū. | xxiij. |
| Bñdictione hoīs ad hoīem. | xxiiij. |
| Benignitate dei. | xxv. |
| Blaſphemia in deum. | xxvi. |

De C. De

| | |
|---|---|
| Caſtitate ⁊ cōtinen. | xxvij. |
| Caſu peccati. | xxviij. |
| Confeſſione peccatoꝛū. | xxix. |
| Confidentia. | xxx. |
| Cōpaſſione ad proximū. | xxxi. |
| Conſilijs bonis. | xxxij. |
| Conſilijs malis. | xxxiij. |
| Conſolationib⁹ diuinis. | xxxiiij. |
| Contemplatione ad deū. | xxxv. |
| Coꝛrectione fraterna. | xxxvi. |
| Curioſitate humana. | xxxvij. |

De D. De

| | |
|---|---|
| Decimis ⁊ primitijs. | xxxviij. |
| Deriſione ⁊ conuicio. | xxxix. |
| Detractione ⁊ ſuſur. | xl. |
| Diſcoꝛdia ⁊ lite. | xli. |
| Duritia ⁊ obſtina. | xlij. |

De E. De

| | |
|---|---|
| Eccleſia vel templo. | xliij. |
| Electionē prelatoꝛū. | xliiij. |
| Exhoꝛtatione ⁊ predica. | xlv. |

De F. De

| | |
|---|---|
| Fallacijs mulierum. | xlvi. |
| Fide ad deū. | xlvij. |
| Fide magna mulierum. | xlviij. |
| Fidelitate ſeruanda. | xlix. |
| Filijs erudiēdis. | l. |
| Foꝛtitudine bona. | li. |
| Foꝛtitudine mulierū. | lij. |
| Foꝛtitudine mala. | liij. |

De G. De

| | |
|---|---|
| Gratijs agēdis. | liiij. |
| Gratitudine ſeruāda. | lv. |
| Gula ⁊ ebrietate. | lvi. |

De H. De

| | |
|---|---|
| Hypocriſi. | lxvij. |
| Homicidio ⁊ occiſione. | lvij. |
| Honoꝛe parentū. | lviij. |
| Humilitate. | lix. |

De J. De

| | |
|---|---|
| Jactantia ⁊ gloꝛiatione. | lx. |
| Jdolatria. | lxi. |
| Jmpatientia et murmure. | lxij. |
| Jngratitudine bñficioꝛū. | lxiij. |
| Jnimicitia ⁊ odio. | lxiiij. |
| Jntētione recta. | lxv. |
| Jpocriſi ⁊ ſimulatione. | lxvij. |
| Jra dei ꝯ delinquētes: | lxviij. |
| Jra hoīs per zelum. | lxix. |
| Jra hoīs per odiū. | lxx. |
| Judicijs dei occultis. | lxxi. |
| Judicijs hoīm veris. | lxxij. |
| Judicijs hoīm falſis. | lxxiij. |
| Juramento hoīm. | lxxiiij. |
| Juſtitia ⁊ equitate. | lxxv. |
| Juſtis latētibus inter pec. | lxxvi. |

De L. De

| | |
|---|---|
| Lachꝛyma ⁊ fletu. | lxxvij. |


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Liberalitate et curialitate lxxviij
Loquacitate mulierum. lxxix
Luxuria et inconti. lxxx
De M De
Maledictione q̄ deus male. lxxxi.
Maledictione qua hõ male. lxxxij.
Matrimonio. lxxxiij.
Mendacio. lxxxiiij.
Miraculis diuine potẽ. lxxxv.
Morte euentus cõmunis. lxxxvi.
Morte horrenda ma. lxxxvij.
Morte preciosa iuſtorũ. lxxxviij.
Multitudine malorum. lxxxix.
De O. De.
Obedientia ⁊ ſubie. xc.
Operatione q̄ deus intẽdit xci.
Opatione bona. xcij.
Oppſſione bonoꝝ a mal. xciij.
Oratione ⁊ depca. xciiij.
Ornatu mulierũ. xcv.
De P. De
Patientia ⁊ manſue. xcvi.
Pauptate ⁊ inopia. xcvij.
Pace ⁊ concordia. xcviij.
Petitione ⁊ eius effectibus. xcix.
Penitentia peccatorũ. c.
Peregrinis ⁊ hoſpi. ci.
Permiſſiõe diuina. cij.
Permiſſione humana. ciij.
Peruerſitate quorũdam. ciiij.
Perſeuerãtia in propoſito. cv.
Pietate mulierum. cvi.
Populi mobilitate. cvij
Preceptis dei. cviij.
Prelatis et princi. bonis. cix.
Prelatis ⁊ principibus malis. cx.
Proditione ⁊ proditoribus. cxi.
Proſperitate humana. cxij.
Prudentia ⁊ ſagacitate. cxiij.
Pueris bone idolis. cxiiij.
Punitione delinquẽ. cxv.
Puſillanimitate. cxvi.
De S. De
Sabbati obſeruatione. cxvij.
Sapiẽtia mulierum. cxviij.
Sacra ſcriptura. cxix.
Sepultura. cxx
Silentio et eius operatione. cxxi.
Societas bonorũ. cxxij.
Societate malorũ. cxxiij.
Spe ⁊ longanimitate. cxxiiij.
Stragibus hominum diuer. cxxv.
Superbia ⁊ iactãtia. cxxvi.
Suſpitione ⁊ fal. cxxvij.
De T De
Temptatiõe ⁊ ꝓbatiõe ho. cxxviij.
Temptatione hoīs a deo. cxxix.
Temptatiõe diaboli. cxxx.
Timore domini. cxxxi.
Timore malorum de ho. cxxxij.
Tyrannorum nequitia. cxxxiij.
Tribulatione ⁊ eius effe. cxxxiiij.
De V. De
Veritate que odium parit. cxxxv.
Vnitate et cõſenſu. cxxxvi.
Voto et eius cõſeruatione. cxxxvij.
De Z. De
Zelo bono cõtra peccata. cxxxviij.
Zelo indiſcreto cxxxix.

Finis perfauſtus hui⁹ tabule. ſecundum numerũ capitulorũ Rurſ⁹ In edibus aſcenſianis in parrhiſiorũ academia Calend Martijs Anno ſalutis. M.D.xiii. ad calculum Romanum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apparentes et aliqui veri: ita alique ſunt ſolutiones apparentes et alique vere. Solutio autē apparens eſt quando explicatur quare argumentū non valet in generali et non inſpeciali. Sed ſolutio recta eſt quando exprimitur viciū in generali et in ſpeciali. Et pro iſtis ſolutionibus faciendis ponuntur alique cautele reſpōdentis: et primo ad reſiſtendū interrogatiōi vne ponuntur quinqȝ. Prima ſi eſt opponēs, pponat reſpōdenti aliquā propoſitionē probabilē que nō videtur reſpondenti pbabilis tunc ipſe non debet ſimpliciter concedere ne videat duci ad inopinabile: ſed debet dicere mihi ſic videtur. Secunda eſt ſi opponens proponat aliquod inopinabile: tunc etiā debet dicere reſpondens mihi ſic videtur ne contra eum poſſit fieri elenchus. Tertia eſt ſi opponens velit probare aliquid a reſpondente negatum: tunc reſpondens debet dicere ꝙ petit principium: quia videtur aſſiſtentibus ꝙ bene dicat. et ſi hoc neget opponens: tunc reſpondens debet illud manifeſtare. Quarta eſt ſi opponens aliquid inferat ex dictis a reſpondente propter aliquā ſimilitudinē reſpondens debet dicere ꝙ ipſe non arguit in illo ſenſu in quo dedit ipſaȝ ppoſitionē. Quinta eſt reſpondens nō debet reſpondere niſi prius interrogatio fuerit perfecta. vt eſt ne homo animaliū. puraſne quicquid eſt danaū poſſeſſio eſt danaum: Sed ad reſiſtendum interroga

ſcda pars.

tertia pars

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

BIBLIOT
Sala
Núm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
[...]TECA PROVINC[...]
Mate[...]
[Nú]mero 758

[...]olus = Biblia Aur[...]

Res.
756

[...]13. Parisiis